
6
19-e
47

6
17 D
15

Illmus Cardinalis Gilletus
Illmo D. Andreae Batthory
Card. S. Regis Polon: ad S.S. Apl
gratit. ergo dedit Romae 9. Martij
A. D. CIↃ IↃ LXXXIIII.

VIRIDARIVM POETARVM

Tum Latino, tum Græco, tum Vulgari eloquio ſcribentium.

In laudes


SERENISSIMI, ATQVE POTENTISSIMI

D. D. STEPHANI

REGIS POLONIAE,

Magni Ducis Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Semogitiæ, Kiouiæ, Liboniæq; Domini, ac Principis Tranſiluaniæ.

In duos Libros diuiſum.



STHEPHANVS BATHOREVS




REX POLONIÆ, &c.



VENETIIS, ad Signum Hyppogriphi. 1583.



SERENISSIMO,
atque
POTENTISSIMO
PRINCIPI
D. D.
STEPHANO



Dei gratia



REGI POLONIAE,
Magno Duci Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Semogitiæ, Kiouiæ, Liboniæq; Domino, &c.

necnon

PRINCIPI TRANSILVANIÆ.



VIT quidem (Rex Inuictissime) *inter mortales, ac eos præcipue, qui singulari quadam ingenij acie floruerunt, innatus quidam mentis ardor, vt, quæ ex parentis naturæ seminibus procreantur, assidua animaduersione recolerent, cum tam probè cuncta suo collocata ordine, & recta videan-*

 tur,

tur, vt nemo ferè sit, nisi prorsus amens existat, qui hanc tantam, & tam præclaram rerum omnium vniuersitatem intuendo, & contemplando, non in summam admirationem trahatur. Inter cætera vero omnia, quæ ab ipso Deo, rerum omnium conditore, fundata sunt, quid hominis imagine & dignius, & praæstantius videri, aut excogitari possit, prorsus non intelligo: quod eius causa creata sint omnia, quem omnium, quæ cœli, terræq; ambitu continetur, participem, &, quo ad animum spectat, ad suam similitudinem Deus ipse formauit, omnesq; in eo animi motus, atque appetitiones ita temperauit, ut rationis imperio nonnumquam pareret. Quo fit etiam, vt in tanto vniuersorum Theatro ij magis sint conspicui, qui & naturæ, & rationis dona comitantur, atque eò magis homo homini præstet, quò maiorem in rebus agendis, aut muneribus obeundis animi sui magnitudinem, & præstantiam adhibet, atque inter cæteros splendeat; quemadmodum Sol, dux, & moderator reliquorum luminum, cætera, quæ cœlo infixa sunt, sempiterna sua luce exuperat lumina. quorum quidem hominum & si plures ante acto tempore, pro summa eorum inculpatæ uitæ moderatione, preclarisq; ab eis rebus gestis litterarum monumentis commendauit antiquitas, non minus attamen particeps tanti splendoris nouis alumnis exultat posteritas. Cum te inter alios sapientissimum Principem, inuictissimumq; Regem videat; veluti nouum cœli iubar, atq; omnium sublimium virtutum exemplar tam mirandis auspiciis à Daciæ Principatu ad excelsam Poloniæ Coronam diuinitus euocatum, summi decoris testimonio, grande natalium tuorum fastigium vsque adeo exornasse, vt non solum præcipuam illam de te ipso gerendarum rerum ex-

pecta-

pectationem sustineas, uerumetiam longe, lateq; exuperes: nullas siquidem indutias tempori præscribis, quin consulas subditorum commodo, saluti, & solicitudinibus te vigilem præstes pro reip. retinendis, propagandis, ac sublimandis honoribus, neque vllam prætermittis horam, ne dicam diem, quo non cogites, dicas, & agas salutari Principe dignum, quo diuinam illam ingenij vim publicis, ac priuatorum commodis, & vtilitati non accommodes; quo non optimis disciplinis, ciuitates, oppida, & vices omnes imbuere, atque exornare studeas; quo non mente agites, ac tentes vires hostium infringere, latioriq; ambitu imperium augere, quemadmodum superiori tempore exploratum habuimus in primordio Regni tui, quam celeriter arma induens in bello Polotiensi TE ductorem exercitus alacriter præbeas in summis viarum difficultatibus, atque angustiis Vrbem hostium in ceruice Lituaniæ captam incendio deleueris, arcemq; probè munitam fortiter expugnaueris, moxq; in magna locorum vastitate progrediens, captis binis arcibus, Velisio, & Vsauiato, Velchilucum vna cum tota Liuonia post ingens certamen ditioni tuæ, atque imperio subegeris: Cum vero Victor pacis amatores semper dilexeris, declarasti profectò te magis recuperandi, & conseruandi Imperij tui causa arma suscepisse, quam bellandi desiderio. quod eo magis ab omnibus tunc temporis perspectum est, quo magis & populos, & vrbes, nationemq; tuam in pace, ac tranquillitate, quàm bello retinere studueris, atque ex ista tàm præclara, ac excellenti animi tui moderatione non minus laudis, atque gloriæ es adeptus, quàm cum victoriam præliorum exitu terminasti: Qua quidem victoria potitus operæpretium duxisti pium cul-

tum respicere, & ad præpotentem Deum tanquam optimum adiutorem & dirigere, & dedicare publicis supplicationibus, quarum causa exijt Regium illud Edictum, quod & per nuntios mihi communicatum fuit Venetias missos à Serenissimo tuæ Maiestatis Fratre Christophoro Clementiss. Transiluaniæ P. quem vt mortalem semper colui, ita mortuum modò perpetua memoria, & obseruantia prosequar, qui precibus Danielis, fratris mei, vnius ex medicis illius Serenitatis, Bellunum aduenerunt, Vrbem, quæ Patria mea est in extremis Italiæ finibus, Tiroli Comitatui finitimam, inter montes Noricos, à C. Flauio Hostilio, Q. Sertorij, Equitis Romani, primipilo instauratam, ac sub Venetæ Reipublicæ ditione fœliciter rectam, & constitutam. nec aliud propius designabant supplicationes illæ, magnum in Deum cultum, ac religionem attestantes, nisi magnum Triumphum non multum post temporis cursum Coronæ tuæ adhæsurum. Quibus quidem nuntijs ad aures meas perlatis, quanto exhiluerim gaudio, non queo dicere. cuius gaudij non modo ipse particeps fui, sed & vniuersa hæc regio, & paulo post vniuersus terrarum orbis, qui & animo & vultu plaudebant suo, dum recitarentur rerum à te gestarum series, tantiq; Regis referrentur encomia iampridem nota, sed adhuc gratiori eloquio fidis auribus repræsentata. Quæ bellicæ laudes non solum nostris, sed pœnè omnium gentium & litteris celebrantur, & linguis, neque vlla vnquam mortalium ætas de tuarum laudum preconiis conticesset. Nihil verò dicam de tua in omnes & mansuetudine, & clementia, deq; incredibili, ac quasi diuina sapientia, qua omnes ad te amandum, & colendum impellis, qua omnes te in cœlum efferre, ac prædicare non desistunt,

desistunt, cuius rei testes sint tot sapientissimorum hominum de te colloquia, atque in primis Reuerendissimi, & Religiosissimi Præsulis nostri sacræ Theologiæ Domini Ionnnis Baptistæ Valerij mecum habita, qui per epistolam Reuerendissimi Commissarij Apostolici conciuis mei allatam sibi fuisse mihi communicauit, te cum omni sapientia genere excellere, tum omnibus amplitudinis, & virtutum numeris absolutum videri, ita, vt omnibus exploratum sit, tuam Maiestatem non minimam partem subtrahere à necessaria corporis cura, pro salutaribus Regni gubernaculis; & quicquid ab hoc munere superest, humanioribus, sacrisq; lectionibus elargiaris, vt ne in bello quidem ipso tibi temperes pro colligendis animi, & corporis viribus, quin militarem prouidentiam roburq; bellicum animo semper, & corpore exerceas, vt non minus Martem, quam Mineruam in isto Regio Imperio cohabitare prædicetur. Effulget præterea inter tam præstantes animi dotes præcipuè illa tua, atque admirabilis in Deum pietas, ac religio, quam saluberrimæ illæ constitutiones significarunt pro solida diuini cultus exercitatione, quas per manus Episcoporum, & Archiepiscoporum inseris, atque distribuis, qua ductrice per dexteram tuam gentes resipiscentes bello, ac pace Imperio adiunges. Quæ res omnes tantum laudis tibi peperere, vt omnes in tui admirationem trahas, cum præcipuè apparatus optimarum disciplinarum, ac eruditionum omnium ex te ingens exeat splendor, quibus te summopere decorasti, quasque iam, tanquàm per vberrimum semen in fœcundo solo eorum locorum adauges, vt & prius in Transilnania (quemadmodum ab eodem Daniele fratre meo accepi) spargere studuisti. Quid plura? vsque adeo ista tua

in oculis omnium fulgens imago defigitur, vt non modò hac in vrbe, innumerabilibusq; aliis Italiæ locis, omnes cuiuscunque ætatis, atque ordinis homines certatim tuas decantare laudes nitantur, sed nullum in toto terrarum orbe angulum ferè (vt verè est) reperiri intelligam, vbi tuarum virtutum non elucescat splendor. quod certè non solum priuatas gentes, verum Principes omnes, atque in primis Illustrissimam Venetiarum vrbis in omnium rerum affluentia positam Remp. ad te ardentissimo amore prosequendum impulit, & excitauit, ex quo etiam factum fuit, vt cum mirificæ in te animi dotes, tamq; regia rerum gestorum facta, ac omni laude digna exirent, innumeros Oratores, poetasq; ad tuas laudes celebrandas permoueres, quorum omnium scripta si in vnum colligi vellent, infiniti pœnè operis esset. Verùm cum hæc pauca mihi, quem vna cu m fratribus meis in eorum numero, qui ex Illustrissima Bathorea pendent familia, accipere dignatus es, elargita fuissent, ea ad te mittere decreui. Qua in re me admodum excitauit summa obseruantia, ac cultus meus in Serenitatem tuæ Sacræ Maiestatis Fratrem dignissimum Transiluaniæ Principem, in quo colendo nos fratres Zucconei quasi legem quandam nobis edidimus, quam studiosissimè semper obseruaturi sumus, vt ea ipsa poemata tanquam ex huius regionis floribus, in corollarium redacta, sub typis ad manus tuas deuenirent. Dum verò subuerebar, ne æqua mihi esset ratio, vt que fortè viderentur in re tam ardua obstrepere, stylumq; tenuem, ac ieiunium gerere, in qua consultius videbatur si contractis velis portus teneretur, quàm quod tuæ magnitudinis Oceano Cymba malè sarta committeretur: nihilominus cùm tot exderentur

derentur

celsis laudum gradibus se comitem exhibeat tua insignis admodum benignitas, & in omnis singularis facilitas, atque clementia, non ab re futurum duxi puppim hanc tantis amplitudinis tuæ uelis, remis, ac robore munitam fœlici nauigatione circumferri. atque eò libentius hæc, qualiacunq; sint, ad te mitto, vt sint meæ quoque in Serenissimam tuam Maiestatem, & obseruantiæ, & venerationis optimum testimonium, atque pignus. Interim Deum Opt. Max. rogabo, vt, sicuti anni tui saluberiores sunt extituri, quò erunt diuturniores non solum illi Regno, & præclarissimo Senatui, sed & aliis gentibus, quæ subinde illi Coronæ adiicientur: sic æternis sæculis, si fieri potest, te incolumen seruare uelit. Vale, Vale, inquam Rex clementissime.

Datum Venetiis, VII. Idus Iulij, 1583.

Tuæ Sacræ Maiestatis

Humilissimus Seruus

Hippolytus Zucconellus.



Auctorum Catalogus.



PRO OPERE VOTVM.





SARMATIÆ Regi STEPHANO dant carmina Vates:
O vtinã Stephanus Rex semel ipse legat;
Nã decus est Musis, noua sors, & gloria va-
A' Rege inuicto carmina posse legi. (tũ
Rex Musis Virtus, Musæ solatia Regi;
Namq; canunt istæ, quæ gerit ille manu,
Rex animum præbet Musis, quo castra sequutæ
Conspiciant oculis Regia facta suis.
Hæ doctæ ad Regem properant, cantuq; salutant:
Audiat at Princeps, viuat vt artis opus.
Audiat ipse semel, poterunt audita iuuare,
Sed doctos sonitus carmina lecta dabunt.



POETÆ DICANT TEMPLVM REGI.



MMENSAM hanc molem, & pario surgentia templa
Marmore, inauratasque aras tibi plurima vatum
Turba fauens, centum & fulgentes ære columnas
Post tot perfunctos felici Marte labores,
Post pacem, quam hostis supplex orauit, & auctum
Imperium, Diuum proles fortissima cœlo
Excitat, & variis augens altaria donis
Sacra facit, quondam, ut memorãt post fata Triformis
Gerionis, magno veteres celebrasse nepotes
Amphytrioniadæ, hinc pharetræ, hinc victricia pendẽt
Signaque, Thoracesq; virum, clypeiq; superbis
Postibus, & læto resonant fulgentia plausu
Templa tibi, Rex magne; potens. tu vincula nectis,
Quæ tua post deuictum hostem clementia rumpit.
Æmule Scipiadis bello, Magnisq; Camillis;
Te præsens colit, & veniens venerabitur ætas.



RELATIO FAMÆ.



ILLA ego, progenie antiqua quæ nata parentum,
Magnanimum Heroum uoces, & fortia facta
Cõcelebro, totũ pennis delata per orbẽ:
Lucida quæ pueri quondam ueſtigia luſtrans
Palladis armiſonæ Imperio, iuuenilia tecum
Sarmatiæ Rex armipotens regalibus aulis
Tem̃pora tranſegi; tecumq; horrentia pilis
Caſtra tuli, paſſim bello comitata frementem;
Quæ Dacum ſolio poſitum, quæ deinde Polonum:
Remigio alarum tenues inuecta per auras,
Vulgaui Regem Gradiui Martis Alumnum:
Ingenti ſuccenſa tuæ Virtutis amore
Bellator STEPHANE inſignis tua regna petiui
Sublimem ingrediens aulam: Nam maior imago

Mortali

Mortali certè, superisq; simillima Diuis
Delectans animum cœlesti nectare pascit.
Te iuuat in solio gemmantia sceptra tenentem
Cernere; sic magnum uidi radiantis Olympi
Rectorem quondam superis dare iura uocatis,
Eloquioq; tonare nouo, ceu turbidus ęther,
Si quando infractis erumpunt nubibus ignes.
Quo simul accedens arrectis auribus hausi
Moscorum Regem gemino tibi Marte retusum,
Concisasq; equitum turmas, vrbesq; reductas
Sarmatiæ imperio; celeres extendere pennas
Constitui gaudens iterum, terrasq; per omnes
Spargere BATHOREVM nomen, quo lucidus Indo
Sol currum extollit, quaq; illum mergit Ibero;
Qua spectans Helice fulget, nautasq; reducit
In portum, nimbo & qua inuehit Auster aquosus:
Ergo Sarmatiæ campos, quos Vistula flauo
Amne secat, linquens, humentem semper in Austrum
Deferor, Vngariamq; peto, cunabula gentis
Inclyta BATHOREÆ, passimq; per oppida uectæ
Occurrunt læti proceres, notamq; salutant.
Hinc pedibus, (quandoq; iuuat per inane uolātem
Tendere iter terris,) spatio progressa dierum
Multorum, tandem, qua se uia findit in ambas
Deuenio: faciles aditus offerre sinistram
Cernitur; extremi ducunt per inhospita calles:
Dextera sed primum spectantia lumina collem
Difficilem terret; lato sed limite ducit
Iam tandem emensos longarum saxa uiarum:
Illic

Illic innumeri iuuenes lœta agmina primo
Exercent choreas aditu; uescuntur opimis
Parte alia dapibus; teneris pars maxima pratis
Indulgent somno, peragens ingloria menses.
Hic pauci calle angusto tenuata iuuentus,
Vt celsi superent anfractus, & iuga montis,
Ardua terrarum carpunt, genua ęgra trahentes.
Hic humeros Rex magne tuos, faciemq; decoram,
Sic multos similes Patrio de semine uidi.
Faucibus in biuij residens dum singula lustro,
En rabidæ, macræq; canes de parte sinistra
Accurrunt, sæuo tentantes uellere morsu
Viscera, & horrendis implent latratibus auras,
Rumpere iter cupidæ, celeremq; incidere cursum:
Instigat mulier diris hortatibus agmen,
Liuida cui facies, spectantia lumina toruum,
Dens ater, & fœtens immundi spiritus oris;
Corpore grandis erat, macie confecta suprema;
Quæ tamen haud ullis unquam consumitur annis:
Nam reparat senio uitam, uiresq; resumit;
Hocq; magis uiget illa, magis quo effœta senescit:
Tristis inest uultus, cunctis inimica, fatigat
Imprimis sanctos homines, & numina tentat:
Tristia corrodunt angues præcordia, uultur
Ceu Tytio, virusq; uomunt e faucibus ęgris,
Quo mare, turbatur tellus, cœlumq; profundum.
Hæc ubi dira canum Sęuos distringere morsus
Agmina nequidquam uidit; (quis iungere Diuis
Detrimenta queat? tenebrasq; offundere ueris?)

Agno-

Agnouitq; Deam; ſimulato pectore dixit.
O' Dea, cui paſſim mortalia cuncta pateſcunt,
Nec tantum celebras ſpirantum facta virorum,
Sed quoque defunctis uitam poſt funera reddis,
Eripiens animas Erebo, corpusq; ſepulchris:
Nunc age, terrarum qua nam ſis parte profecta,
Quo tendas, quæue iſta ſient inſignia pandas.
Tunc ego, cui uerum curæ, quæ maxima pando
Littora Sarmatiæ linquens, arcesq; minantes
Cracouiæ nuper, mediis in fluctibus urbem
Æquoris Adriaci poſitam, qua pulcher Apollo
Nil uidet in terris maius, Sanctumq; Senatum
Nunc petere eſt animus, pennis ut deinde feracis
Italiæ campos peragrem, totumq; per orbem
Deferar, & meritas laudes, ſacrosq; triumphos
Inſignia Regis uulgans ad ſydera tollam:
Romuleæ quondam tres ſunt hi tempore priſco
Ore lupæ tracti dentes: atque alter equorum
Martius eſt, alter Neptunius, acer uterque
Protendens magnum Imperium, terræque, mariſque
Sarmatiæ Regi, qui nunc tenet inde tridentem.
Alteraque ex Aquilis, quæ nunc Vulcania portat
Tela Ioui, ſcelera iratus quibus ille coercet:
Altera, quam feruens iniit Rex magnus Olympi
Vmbroſis Phrygiæ reſidens in montibus Idæ.
Aſt hæc, quæ tantum miraris, ſacra trophæa
Sunt, bello fœlix Princeps, quæ ex hoſte ſuperbo
Retulerat, uirtute potens, & numine Diuum.
Qui uiridi cinctus iuuenilia tempora lauro

Egit honoratos ſumma cum laude triumphos,
Romulidas referens, domitis qui gentibus alto
Sublimes curru Capitolia celſa petebant.
Hæc adeo, paſſim uolitans, inſignia cunctis.
Oſtento, tanti Regis, monumentaq; gentis
BATHOREÆ, ducibus præclara exempla futuris,
Virtutem ut teneant, moniti non temnere Diuos.
Hæc vbi dicta dedi: felicibus inuida cœptis
Ingemit, informiq; manu ferugine tincta,
Si liceat fœdare Deam, torquere colubros
Incipit igniferos, & cœrula colla tumentes:
Aſt ubi nequidquam tantos ſumpſiſſe labores
Aduertit: Famam veri quis lædere poſſit?
Clamores ſimul horrificos ad ſydera mittit,
Vnde lacus, ſyluæq; fremunt, monteſq; reſultant:
Deſeruere domos capreæ, damæq; fugaces,
Imaq; ſoliciti petierunt æquora piſces.
Scindentem crines, rumpentem queſtubus auras
Dextera qua monſtrat colles, intacta reliqui,
Aerij ſuperans vmbroſa cacumina montis.
Hic domus effulget ſublimibus alta columnis
Oſtentans nitidos pario de marmore muros:
Tecta micant auro, poſtes panduntur eburni
Intranti, fulgent ſpeculæ radiante pyropo;
Atria collucent Melibœo uellere cincta,
Structa micant paſſim ſaxo pauimenta nitenti:
Vda domum cingunt uitreis pomaria riuis:
Vernat humus ſemper, gratis & odoribus auras
Purpurei mulcent flores, ſine nubibus almi

Prætereunt Soles; Zephyriq; tepentibus auris
Florea prata fouent, & lenti graminis herbam :
Nec lacus inde procul tenero ſuccinctus hiatus
Gramine, lucet aqua, cycnis loca fœta canoris :
Quin etiam noctu mulcentibus aera cantu
Reſponſant ſyluæ, & garrula montis imago.
Has ſibi conſtituit ſedes, paucisq; beatas,
Qui ſuperent cliuum triſti conamine montis,
Ipſa etiam quondam durum perpeſſa laborem
Dum ſcandit matrona iugum per iniqua locorum:
Regina in ſolio reſidens adamante, miniſtrat,
Iura ſuis medio templi : quæ iura faceſſant
Quatuor hic aſtant præſtanti corpore, cultu
Non inopi, non hæ tali, qui rite moueret,
Inuidiam, famulæ ſolio, dominæq; propinqnant :
His aliæ parent, nec non ſua munera ſeruant,
Atque ubi per diuum fœlicia regna petiui,
Extemplo famulæ agnoſcunt, & limine ſacro
Ad dominam lœtæ ducunt, quæ fronte ſerena
Excepit, cupiens aduentus diſcere cauſſas.
Ergo ubi cognouit : Dux ò fortiſsimè felix
Eſto BATHOR ait : primo qui flore iuuentæ
Hoc ſuperare iugum, docta ſtipante caterua
Nempe ſenum, fueris auſus, cum limine templi
Sacra triumphali tibi cinxi tempora lauro.
Quin etiam cernens, quanto diſcrimine collem
Vaueſ'lum peteres cinctus fulgentibus armis,
Fata uiam inuenient adiunxi carmine ſacro :
Sis felix, & longa memor per ſecula noſtri


Sic

Sic ait: at cycni uoces in gurgite claro
Excipiunt: resonant hylares tua nomina syluæ.
Hinc abiens pennis Belluni protinus urbem
Non procul astantem medio conuallis amœnæ,
Qua rapidum Plaue intonsis è montibus exit
Penè uolans, urbem Bellonæ nomine dictam,
Dotibus & Diuæ, & propriis uirtutibus auctam,
Deuenio, patribus referens certissima sanctis:
Intranti muros primus sese obuius offert
Ingenio præstans iuuenis, medicæq; peritus
Artis, at ille tuus, si fas, Rex maxime seruus,
Fortè gerens tunc frusta feræ, mortale uenenum
Quæ necat, ex unoq; capit sua nomina cornu:
Munera quæ fratri Danieli pignus amoris
Esse sui dederat Dacorum (proh dolor ingens
Manes este boni) Princeps, dũ uita manebat (portãs,
CHRISTOPHORVS CHRISTVM verbis, re, nomine
CHRISTOPHORVS Dacũ Princeps iustissimus olim
Princeps Elysijs nunc acceptissimus umbris.
Is tua cumprimum gaudens insignia uidit,
Agnouitq; Deum, palmas utrasq; tetendit
Ad cœlum, saluèq; inquit mihi portus, & aura,
Salue BATHOR ait: Tuq; ò uerissima tanti
Nuncia Diua viri nostros intrare penates
O libeat: Rector superum subijsse minores
Haud timuit sedes quondam: Sin nuncia Regis
Hinc properas, nomen terras sparsura per omnes:
Sis precor, ad Regem rediens, uelut ęthere numen
Quem colui semper, mentis tu nuncia nostræ:

Pandere cum nobis alia ratione facultas
Haud data ſit, fuerim genti quàm deditus omni
BATHOREVM, STEPHANO imprimis, quē conſtat
Pannoniæq; decus fulgens, columēq; Polonū. (auorū,
Illius & Latiis, & Graiis facta camœnis
Pieriis celebrata modis, uulgataq; cunctis,
Collegi merito ſeclis miranda futuris:
Quinetiam te Diua meo prodeſſe labori
Ne pigeat, manibus puris munuſcula primum
Excelſum ad Regem portes, cui templa ſuperbas
Pyramidas, ſi fata ſinant, ſuperantia ponam:
Quo Reges, clariq; Duces pia thura cremantes
BATHOREVM proni longum uenerentur in ęuum.
Sic Iuuenis: leuibus condens ego munera plumis,
Te prius, ut nē uiſa forent, nec cognita cuiquam,
Hyppolitum mentem aduertens ſic uelle uidebam,
Deſerui lætum, curſu ſpirantibus auris.
Hinc digreſſa domos Venetum, ſanctumq; Senatū,
Hinc arces Verona tuas, hinc inclyta Romæ
Mœnia præclaris cœlo ſuperaddita factis,
Deuenio, replens dictis prænuncia ueris.
Inde pererratis iam tandem finibus altæ
Italiæ, celſas rupes, Alpemq; niualem
Sublimi translata fuga, qua lilia fulgent
Aurea percurri, gratis rumoribus implens.
Aſt iuga Pyrenes ſuperans; Hiſpana petiui
Regna, ſinum penetrans, & celſas Herculis arces.
Hinc Zephyrum ſedes adij, ſuccintaq; denſis
Nubibus Atlantis duri latera ardua, porrò
Littus

Littus arenoſum lybies, & inhoſpita regna
Percurri, ſeptena petens trepidi oſtia Nili.
Has linquens terras, Orienti ſubdita Phœbo
Oppida colluſtro, Perſas, Nabathæaq; regna:
Nec curſum impediit glaucæ Mæotidis unda,
Nec Tanais longè reſonans, Septemq; triones
Quin Boreæ horriferi celſos animoſa Penates
Aſpicerem ueniens, claramq; lycaonis Arcton:
Sic maria, & terras gaudens uulgaſſe per omnes
BATHOREVM nomen, STEPHANO ceſſiſſe Tyrannum
Moſcorum, fuſas acies, vrbesq; receptas
Imperio tandem iuſto Mauorte Polonum:
En redeo Hyppoliti referens munuſcula noſtri.
Hæc hilari uultu, licet infima, Regeq; tanto
Digna parum, ſuperos imitatus, fronte ſerena
Magnanimè accipias Princeps, deuotaq; genti
Corda tuæ ſolitus ſpectes: cœleſtia teſtor
Numina, cum multi bello felicibus auſis
Victorem claros STEPHANVM retuliſſe triumphos
Lætentur: ſtudioſa tui Zucconea proles
Gaudia concepit rebus maiora ſecundis.
Quin etiam, ſi fata ferant, profundere uitam
Pro te, proq; tuis, pro maieſtate Polonum
Haud dubitent animoſa cohors per uulnera fratres:
Ergo age maiorum cœlo certiſsima Diuum
Progenies, auctura Deos, & ſydera cœli,
Suſcipe dona libens, ac inter ſerpere lauros
Victrices, Myrtumq; ſinas, hederamq; uirentem.
Interea quoniam laudes, titulosq; recentes

 Adiunxti,



Adiunxti, tum nata mihi noua cauſa laboris;
Extendens iterum curſus, belloq; receptam
Plazchouiam, tum Velchiluci mœnia vulgans
Vatibus haud leue pondus ero, ſacrisq; camœnis
Immenſi luſtrans iterum confinia mundi.
Sic ait, & celeres pandens per inania pennas
Ex oculis abiit, populi mirantur euntem.





DE ELECTIONE
MI PIS
STEPHANI ILL. P. TRANSILVANIAE IN SERENISS. POLONIÆ REGEM, ET DE IPSIVS IN CRACOVIAM INGRESSV.

GERVASII GERVASIS.



AGNVM opus aggredior solium, diademaq; sacrum
Inuicti Herois, quo nunc generosa superbit
Principe Sarmatia, & sæui mirantur alumnum
Mauortis: memores summi mihi Musa Tonantis
Consilia, & facilis pandas Helicona uirentem.
Tuq; adeò, quem facta tenens, occasus, & ortus
Demissum claro miratur numen Olympo,
Pannoniæ immortale decus fortissimè ballo-.
Sic præsens, oculisq; iuues mea cœpta secundis.
Moscorum fastus, veterisq; iniuria damni
Dum resident animo, pulchram per uulnera mortem
Nec properare licet, meritas nec sumere pœnas

Ex hoste, aduersum bello nec uincere regnum;
Consilij expertes, demissa fronte Polonos
Aspiceres, bili salientia pectore corda.
Conuexi miseros cœli pudet astra tueri,
Mortalesq; hominum facies: Sic flore iuuentæ
Turpiter abrepto uultus pudibunda modestos
Demittit, lucemq; simul, cœtusq; suarum
Effugiens virgo lachrymas effundit inanes.
Quin & crudeles Diuos, crudelia sæpe
Fata uocant, repetuntq; animo decora alta parentum.
Tunc etiam populi (tantum præcordia tantum
Ardentes iræ) reges, desuetaq; bello
Pectora carpentes, summisso murmure uellunt.
Dum miseri in luctu uitam, cæcisq; tenebris
Fortè trahunt, miseri sortem indignantur iniquam;
Ecce uocat solium, sic Di uoluere, potentis
Sarmatiæ bello, & regem diadema reposcit.
Ergo soliciti Diuorum tecta frequentant,
Deposcuntq; ducem uotis, iniuria facti
Quem ueteris premat ardentem, cui certa uoluntas
Dedecus & bello, atq; armis abolere nefandum.
Hinc, quoniam male membra regi, uel firma, tenebāt,
Quis caput haud adsit; Dis, nec mora longa, secundis
Concilium indicunt magnum, regemq; requirunt.
At Pater Omnipotens Summo de uertice cœli
Despectans iustis oculis, pia uota Polonum
Audierat, Patrem mouit præsentia Martis.
Ergo omnes superos testatus, candida natum
Quem dedit Atlantis pernicem filia partu
Maia,

Maia, uocat; folioq́; fedens fic ore profatur.
Vade age fide uigil, tenues mandata per auras
Cui mea ferre dedi, celeri delabere penna:
Axe fub arctoo boreali flamine femper
Pulfa iacet tellus loca fœta micantibus armis;
Sauromatæ coluere uiri, qui nomine gaudent
Dici mutato meliori uoce Poloni.
Hanc adeas cœlo labens, ubi candida regem
Lecturos proceres uelant tentoria campis
Varfouiæ, & fulget uariis exercitus armis.
Mercuriusq́; in eas, uel fi tibi tanta uoluntas,
Mortalem capias mutatus membra figuram:
Inde ubi dicta aliis fuerit fententia, (nanque
Difcordes populos: tulerint fic fata creandis
Regibus, afpicies) animus fi gaudet auorum
Ornamenta fimul, ueteremq́; refumere laudem;
BATHOREVM populo STEPHANVM plaudēte co-
Dicas; fic etenim fatorum uoluitur ordo. (ronent,
Inde, ubi concordes patrum facundia mentes
Impulerit, fuerisq; aufo, uotisq; potitus;
Nuntius extemplo Dacorum ditia uifens
Regna uiro certus uenias, quem maxima regem
Imperia expectant terris; poft fata fedentem
Cœlicolæ, Mauorsq; parens in fedibus altis,
Damnantemq; genus uotis mortale uidebunt:
Concipiat dignos animos, & regia firmet
Pectora, fubiectis parcat, faftusq; fuperbos
Infringat; Mortis fic demum fanguine claro
Oftendet uerè genitum; fuper aftra fuperbam

Pan-

Pannoniam,ſed magna prius,nunc maxima Somly
Mȩnia, BATHOREVMQ. genus tam nobile tollet
Sic ait omnipotens, nubes ſoluuntur, & alto
His dictis cadit ira mari, ſilet arduus æther.
Ille ubi ſancta memor ſummi præcepta parentis
Audijt, extemplò uentis per inane uocatis
Alis innixus paribus ſe corpore toto
Ad terram miſit, nebulas, atq; aera tranans
Par uolucri, nitida ludens Mæandrius unda,
Quem uidet ætheria candenti corpore Cycnum
De plaga in ripas celeri deſcendere penna.
Ac iam caucaſeos nimboſa cacumina montes
Attigerat, uocemq; procul, gemitusq; Promethei
Audierat: uerùm celeres Cyllenius alas
Inde quatit, curſumq; tenet, quo littore Phœbus
Mergitur: at ſemper propius ſua ſigna ſequentem
Vrſa uidet, breuiorq; orbem qui circulus ambit.
Aſt ubi Cracouiæ præcelſa conſtitit arce,
Delectos populi proceres benè nota petentes
Littora proſpexit, regem qui more crearent.
Ergo Sboroſchi, quo non facundior alter,
Nec grauior geſtis rebus, quem uiderat æquis
Abſore concilio cauſis, (obliuia cunctis
Virga facit, ſerpensq; ſimul) Deus induit ora;
Immiſtusq; uiris pariter ueſtigia firmat.
Poſtquam conuenere omnes, & copia fandi
Facta uiris, ſurgunt maiores ordine longo
Sedibus, ac animo quæ ſit ſententia, pandunt.
Cæſaris hic magni rebus fauet, ille Tyrrano
Tur-

Turcarum, cui ſit menti malè ſana cupido.
Sarmatiæ decus eſſe negat pars maxima Patrum
Externos accire duces, peregrinaq; iura:
Non adeo extinctam dicunt cecidiſſe Polonum
Virtutem, tanto in populo quin inde ſuperſint,
Sceptra quibus rectè mandent, regniq; coronam:
Dicta uirùm ſequitur ſemper, ceu gurgite, murmur,
Cum uaſtas retinent undas ingentia ſaxa:
Ergo ubi tam uarios ſenſus Cyllenius audit,
Ignotamq; patris mentem, penitusq; relicta
Conſilia aſpexit, ſolita grauitate mouetur
Conſurgens: ſtatim tenuere ſilentia cuncti;
Tanta uiri lectos proceres reuerentia mouit.
Ille diu fixos oculos tellure moratus
Suſtulit, eloquio ſoluens placida ora iucundo.
Si mea me tantum proles generoſa Poloni
Commoda priuatim, non publica damna mouerent,
Externos damnare duces, externaq; primus
Imperia auderem: Nam me quoq; magna teneret
Sarmatiæ antiqui ſpes, & fiducia regni.
At non me talem finxit Natura, nec unquam
Tali cognoſtis ſtudio, quin ſanguine uitam
Pro uobis dederim, Diuum ſi fata tuliſſent:
Hinc duco externum nobis hoc tempore regem
Quærendum, terris quanquam ſit copia noſtris:
Qua cauſa id dicam, mentes adhibete, docebo.
Nox erat, & medium cœli tranſcenderat axem
Aurea purpureis Phœbè deuecta quadrigis,
Cum dulci curas mortalia corpora ſomno

Laxa-

Laxabant, uiſa ante oculos auguſta ſeueri.
Forma uiri, talesq; graui dare pectore uoces.
Hem uigilas ne meus ſanguis Sboroſche: ſoporem
Excute, quæq; feram, memori tu pectore conde.
Quæ ſtudia incendunt animos, dum ueſcimur aura
Ætheria, poſitos eadem tellure ſequuntur.
Hinc Ego, Sarmatiæ regnis qui ſemper auitis
Conſului uiuens, eadem ſupera ardua luſtrans
Intueor, magnisq, noto ſecreta parentis:
Nunc ideo cœlo labens tibi nuntius adſum:
Pelle matum, qui uera uides: cui proximus exi
Sanguine, progenie, quamuis me mortis ereptum
Vis aliò iuſſit aliam tranſducere uitam.
Vos ſæuum, uideo, pellit dolor æquus in hoſtem;
Impius & iuſtas accendit Muſchus in iras:
Sed tamen hanc bello nulli ſuperare Polonum
Fas gentem, prohibet Rector ſtellantis Olympi:
Externos optate duces: En Dacia præbet
Materiem, ueſtrisq; inſeruit commoda rebus:
Hic hic BATHOREVM claro de ſanguine natus
Cernitur, at torui proles certiſsima Martis
Sternet humi ſine clade feros fortiſsimus hoſtes:
O quantus ſudor Moſcho, quàm ſæua Tyranno
Funera, quæ populis inſtant hoc principe, quantum
Sauromatę exurgent cœlo capita alta ferentes:
Ergo ſi tantus mentem tenet ardor auorum
Ornamenta ſimul, ueteremq; reſumere laudem,
BATHOREVM, ſummo ſic ſtat ſententia Patri,
Auratis STEPHANVM radiis decorate Poloni:
Sic

Sic ait, & cœlo remeans, qua circulus ambit
Lacteus, heroum loca gaudens læta ruuisit.
Vera quidem dixi patres, cupidumq; tacere
Iussit amor patriæ nunc omnia ferre sub auras.
Quare agite ò fortes, si deformata pudorem
Regna ferunt, fastusq; graues, hostemq; superbum
Frangere fert animus, uestrumq; extollere nomen,
BATHOREO sceptrũ STEPHANO, regniq; coronã
Mittite Sauromatæ, & iussa capescite Diuum.
Sic dixit Maia genitus, rursumq; resedit.
Tunc uerò proceres ineunt suffragia certi,
Declarantq; ducem læto clangore tubarum
BATHOREVM, populi circum plaudente corona:
Hinc delubra Deum pueri, innuptæq; puellæ,
Inualidiq; senes adeunt, flexisq; precantur
Poplitibus, sit & illa dies per secula felix.
Ast Atlantiades mortalia membra repente.
Exutus, pedibus terram pernicibus imam
Reppulit, & uacuo labens præcepta parentis
Mente tenet, tenditq; fugam, qua Dacia montes
Ostentat summos, & iusto principe gaudet:
Quò simul ac ueniens ingentia tecta domorum
Intrauit, magnis secum de rebus agentem
Heroem uidit, placidoq; hæc addidit ore.
Salue Sarmatiæ princeps: tibi sceptra Poloni
Mandarunt: adsum claris en nuntius astris,
Aera per uacuum portans mandata Tonantis:
Nam regum non cura leuis cœlestia tangit:
Concipias dignos animos, & Regia firmes

Pectora,

Pectora, subiectis parcas, fastusq; superbos
Infringas, Martis sic demum sanguine claro
Ostendes uerè genitum: super astra superbam
Pannoniam, sed magna prius, nunc maxima Somly
Mœnia, BATHOREVMQ. genus tam nobile tolles:
Sic ait, & cœlo rem eans Cyllenius alas
Inde mouet uacuumq; secat citus aera pennis.
Tunc Stephanus (cognouit enim de sedibus altis
Nuncia dicta Deum) passis ad sydera palmis:
Iuppiter omnipotens regnorum summa potestas
Est tibi, tuq; pio donas, adimisq; superbo:
En animos iustis, deuotaq; pectora rebus:
At Vos Sauromatæ, certo qui numine tantum
In me præsidij posuistis, ut aurea claræ
Sarmatiæ sceptra, & sacrum diadema tenorem;
Non vnquàm profectò fidem, per sydera iuro,
Perq; caput, fallam, cœlestia numina Testor.
Sic fatus meritos aris indicit honores,
Hinc populi lectos proceres, primumq; suorum.
Germanum, quo non alius dilectior esset,
Impertit, certum faciens, & singula pandit.
Nec mora pennato uolitans per mœnia tergo
Nuncia ama domos gratis rumoribus implet.
Concurrunt læti proceres, gratantur ouantes;
Regia concursu resonat, lætoq; tumultu:
Porticibus uacuis ineunt conuiuia patres
Libera, contenduntq; mero, paterasq; coronant:
Ast alij scandunt turres, resonantiaq; æra
Concutiunt, uariisq; implent concentibus auras:
Col-

Collucent noctu flammæ, semperq; recentes
Conuectant tædas, ferit aurea sydera clamor:
Sic etiam, dederint si quando examina regem,
Maiores populi flauentia tecta frequentant,
Assiduntq; duci: thalamos intrare tyranni
Cætera turba pauent, sed circum tecta pererrant
Studentes alis, contestanturq; susurro
Lætitiam grato, resonant aluearia longè.
Ast princeps inter mensas, & dona Lyei
Altius extollit mentem, secumq; reuoluit
Dicta Deum, celeremq; animum per singula uersat
Sub noctem, placidosq; fugat cura anxia somnos:
Talem se perhibent, alij conuiuia multo
Nectare dum superi exhilarant, somnoq; fruuntur,
Rectorem præbere poli Iunone molesta:
Iamq; Oratores aderant ex vrbe Polona
Bis septem ramis compti fœlicis oliuæ
Maxima pars regni: sacris succedere tectis
Ille iubet, medijq; caua testudine templi
Consedit solio, septus fulgentibus armis:
Quo simul ingressis fandi concessa potestas,
Quem Pallas docuit Tarlus sic ore profatur.
O decus Vngariæ fulgens, o maxima gentis
Gloria BATHOREÆ, quo Transyluania sancto
Principe nunc gaudet, quemq; ad maiora reseruant
Fata ducem, notumq; facit super æthera Virtus;
Stirpis BATHOREÆ fortunam, uiuida gentis
Semina, non unquàm uicti fortissima Patris
Pectora uoluentes animo, in primisq; tuarum

Vir-

Virtutum magno ſuccenſi pectus amore
Aſpera gens bello, duce nunc uiduata, Poloni
Te regem dixere ſuum: Tu lætus honorem
Præſentem accipias, dum te fatalia nentes
Extollant Parcę imperia ad maiora merentem:
Multi nos proceres, multi uoluere tyranni,
Sarmatiæ Diuos, & conſcia numina teſtor,
Optaruntq; ſibi ſceptrum, regniq; coronam
Deferri, populum multa ambitione mouentes:
Te cunctis ò magne (uiros nec pœnitet acti)
Longè prætulimus, lætiq; in regna uocamus:
Te ſolum expectant, in te inclinata recumbit
Sarmatia, antiquis nam tu ſpes una decoris:
Te cupidæ matres, pueri, te læta iuuentus,
Longæuiq; ſenes procerum, inconſultaq; turba
Vnanimes uno ore uolunt: Te laudibus æquis
Extollunt cœlo; Te ſacrum numen adorant.
Talibus orauit Senior, cunctisq; fremebant
Ore uiri. Princeps hilari tunc fronte locutus:
Non mihi Sauromatę inuito conceſsit ad aures,
Quod dixtis; laudoq; animos, mentemq; benignam:
Durum onus imperij: Sed ſi fiducia noſtri
Vos tenuit tanta accipio, quos fertis, honores;
Hosque geram, Cœlum teſtos, pro laude Polonum.
Interea dum tempus adeſt, dum multa parantur,
Quæ longum perquirit iter, regnumq; petentis
Maieſtas, hilaris tectis ſuccedite amicis
Sauromatæ; hoſpitium iam iam, ſociosq; penates
Iungite, Sarmatiam cunctam excepiſſe inuaret:
Inde

Inde omnes pariter gressus tendemus ouantes:
Quoq; magis faustum cadat omnibus, addite honorē
Nunc superis proni, mecumq; incumbite sacris:
Rex ait, atq; oculos positas contorsit ad aras:
Iamq; Sacerdotes aderant, Diuosq; precantur,
Vrentes pia thura focis: hominumq;, Iouisq;
Aures demulcet uocum concordia discors.
Interea Regis repetentes dicta Poloni
Atque humeros, atque ora uiri referentia magni,
Gaudia concipiunt, mentem stupor occupat ingens
Mirantum pietatis opus: mox lumine lustrant
Ingentem templi molem, cultusq; diuinos
Auratis cernunt trabibus, pendentia signa
Hostibus expoliata Orsæ sub mœnibus altis
Grande decus populi, Patrisq; insigne trophæum.
At Rex extemplo sacris iam ritè peractis
Egreditur: secumq; viros ad regia ducit
Tecta manu: Dacum primi comitantur euntem.
Sic vbi maternam Phœbus cunabula Delon
Prima sui, Cynthiq; iugum nemora alta reuisit,
Condensæ lateri glomerantur Oreades alto.
Ædibus in mediis regales ponere mensas
Succincti curant famuli florente iuuenta:
Ordine discumbunt stratis, ostroq; superbo
Heroes iussi, & dapibus uescuntur opimis:
Infundunt nitidos syrio perfusa iuuentus
Molobatro crines pateris annosa Lyei
Pocula cælatis:. Eadem conuiuia læti
Sæpe die, noctuq; petunt, mensisq; remotis

Diuerſo fallunt horas ſermone morantes:
Ille etiam, qui corde gerens, & nomine CHRISTVM
Lucida BATHOREVM ſequitur ueſtigia patrum,
Splendida regali ponit conuiuia luxu
Sæpe uiris, oneratq́ auro, larg usq́; frementes
Donat equos, uincitq́; ęterno pectora nexu
Muneribus, grato eloquio, uultuq́; ſereno.
Iamq́; dies ſperata aderat, curruq́; nitenti
Extulerat lucem Phœbus mortalibus almam;
Templa petunt: Rex ante alios, Diuosq́; precantur.
Inde ubi digreſsi nitidis animoſa iuuentus
Poſt paulò conſedit equis, ad limina Regis
Diuerſi coeunt: proni ſic impete uaſto
In pelagus currunt uariis de partibus amnes:
Extra urbem expectat magno ductore Polono
Exule diuerſis fulgens exercitus armis.
At Rex progreditur tandem de ſedibus altis,
Spadicemq́; aſcendit equum, prope littus Hiberi;
Quem dederat mater Zephyris felicibus olim
Conceptum, pedibus celerem, & ceruice ſuperbum:
Tum fratrem aſpectans: Si Nos, quæ Sole tepeſcunt
Littora naſcenti, uel feſſos unda maneret:
Imbriferis turbata notis, unde arduus Atlas
Pulſatur, cœli qui ſydera uertice fulcit,
Vix poſſem germane mihi dilectior iſta
Luce tuo dulci complexu euellior unquàm;
Multaq́; iam tandem lachrymans affatus abirem:
Sed quoniam certè noſtris contermina regnis,
Vnde uiros bis quincta dies uel commoda portat,
Sar-

Sarmatia expectat, paucis germane tenebo:
Huius tu populi serua communis amorem,
Iustitiam cunctis, & candida iura ministrans:
Si qua unquam (superi auertant) iniuria regnis
Facta tuis fuerit, candenti percitus ira,
Tunc bellum, tunc arma mouens, ex hoste superbo
Supplicium crudele petas, animamq; relinquas
Insontem potius subiens Acherontia regna:
Hæ ducis, hæ, nec uana fides, hæ principis artes.
Vos autem Daci nobis iustissima cura
Pellite corde metum, contractam exporgite frontem:
Non Ego digredior: STEPHANI pars altera uestris
En sedet imperiis: tangit vos gratia quidquam
Si qua mei, cunctis adsit parere uoluntas
Germano, & libeat fraternis suescere regnis:
Me uerò quæcunque uocat uel inhospita tellus
Vsque memor uestri fuero, dum fulgida pascet
Astra polus, pontumq; petent de montibus amnes.
Sic ait. At lachrymis Daci labentibus ora
Humectant, mixtoq; ingens exorta dolore
Lætitia humanos animos in pectore uersat:
Ipse etiam lachrymans fuluis spumantia torquet
Frænis ora feri; sequitur pulcherrima proles.
Iam porta excedunt: iam iam per aperta locorum
Extendunt cursum: Sonitu rapida ungula magno
Putre solum pulsat, nubemq; ex puluere tollit:
Hos pauidæ uotis matres, oculisq; sequuntur
Mœnibus ex altis abeuntes agmine longo:
Iam celsas Sibini turres, iam mœnia linquunt

Ardua Brasouiæ: proceres hinc agmina iungunt
Complures: Mysiæ rhedis lustrantibus arua
Instructas ferro princeps iubet ire phalanges,
Quæ Regem excipiant, lætæq; ad mœnia ducant.
Ipse etiam heroum multa comitante caterua
Obuius occurrens meritos persoluit honores.
Iamq, iter emensi, dum bis se cornua Lunæ
Complent belligeræ lætantes aura tenebant
Vltima Sarmatiæ, cum fulgens ęre iuuentus
Munifico cultu mediis sese obuia campis
Offert, diuitias iactans, animosq; Polonum;
Millia bis quinque: hi pedites, ubi regia cernunt
Esseda, desiliunt subito, genibusq; uoluti
Agnoscunt Regem, comitesq; ad mœnia ducunt.
Iam iam fessus equos decliui tramite cœli
Nutricis properabat aquis intingere Phœbus,
Cum Rex Cracouiæ prospectans męnia claræ
Salue, (inquit) salue fatis mihi debita tellus:
Sic ait, & socij clamorem ad sydera tollunt:
Excipiunt fremitum ciues: de turribus altis
Æra repulsa sonant, sonat aurea buccina lætum:
Ingeminant ictus ferro tormenta corusco;
Pulsa tremit longe tellus, cœlumq; remugit:
Hæc inter sternacis equi salientia semper
Terga premens, agitat campo conspectus ahena
Luce ferum frœnis luctantem, aurasq; mouentem
Calcibus, atque urbi semper, portisq; propinquat.
Qualis ubi Spartam referens hostilia Pollux
Præmia lætus adit, duris parere lupatis

Cyllarus

Cyllarus insultans refugit, transuersaq; tendit.
Aspectans, animum populus miratur, & artem;
Miratur faciem diuinam, & Martia membra.

Quatuor hinc portæ pario de marmore luxu
Mnnifico faciles aditus in mœnia pandunt:
Quarum quæ gelidos angues, Septemq; triones
Prospectant, festa uelarant fronde Poloni,
Limina sternentes ostro, pulchrisq; tapetis:
Hac iniit ueniens urbem Rex magnus ouantem,
Ingrediturq; uiam, melibæo uellera fuco
Quam saturata tegunt: titulis inscripta domorum
Tecta uidet, tacitaq; intentant gaudia mentem:
Demulcent cytharæ uariis concentibus auras,
Sauromatumq; murus speculis læta agmina plenis
Lilia dant manibus, gratis applausibus ima
Turba fauet, magniq; patres, sonat undiq; cœlum.

Atq; aliquis, dum pompa uiros lōgo ordine ducit,
Dum plaudunt alij, Phebęo impulsa furore
Corda gerens, calidusq; Deo, quem pectore claudit,
Vaticinatus ait. Iam iam regina uolantum,
Quam Leccho pater omnipotens demisit aperto
Æthere, purpureo niueis lætissima pennis
In campo iure ostentat caua tempora fuluo
Cincta auro lucens, & lumine sæuit acuto:
Mosche caue, caue Mosche tibi, redde oppida Mosche
Rapta dolo quondam, non iusto Marte Polonis:
Redde citus, populi si te iam cura remordet:
Vince animos, heu uince ferox, mentemq, tyranni:
At te nulla mouet pietas, neque nostra Deorum

Tu quenquam curare putas Mezentius alter:
Expendes igitur ſcelerato ſanguine pœnas:
Iam iam ſanguinea excauunt cydonia cote
Spicula Sauromatæ Scythico medicata ueneno:
Ecce parant enſes, clypeos, galeasq; comantes
Auſpice BATHOREO, quem nil tentaſſe uidebunt
Fruſtra homines, etiam placido quem numine ſemper
Defendit Pater omnipotens, curæq; ſagaces.
Expediant bello referentem ex hoſte triumphos:
Ducentem turmas Radiuillum, aditusq; ſtruentem
Milite, Pannonio Litauos comitante BeKeſſo,
Iam uideo: ſequitur ducens mauortia ſecum
Pectora, nec curat largos e nubibus imbres.
KisKa micans armis gradiui Martis alumnus:
Poſt hos Hlebonius forma præſignis,& acer
Euſtachius, galeaq; tegens canentia forti
Tempora Sbarauius bello fortiſsima iungit
Agmina: nam ſæuus rigidis Doroſthatius armis
Lentus abeſt, non Voina ferox, non tarda mouetur
Principis Oſtrouij ſoboles aſſueta triumphis:
Aduolat ingenti laudum inflammatus amore
Gloria TiſsKonum Euſtachius, nec triſtia clari
Cotcouij iuuenes bis centum fata morantur:
Se lateri gaudet Regis glomeraſſe ſiniſtro,
Quem chorus Aonidum docuit, Zamoſcius heros
Magnanimus: ſæuit mediis in millibus acri
Vectus equo, clauamq; tenens Rex increpat hoſtem:
Putre ſolum tabo, canentiaq; oſſibus arua,
Teq; Duina ſimul ſpumantem ſanguine cerno:

Nec

Nec tantum aerias turres, arcemq; Polosci
Nunc redimet uictor soboles Mauortia BATHOR
Sed iusto eripiet bello præclara Smolensci
Mœnia, cum Russis olim, Seuerensiaq; arua:
Quin etiam toto, supplex in fœdera iungat,
Exuet imperio Moschum, secumq; potentem
Sarmatiam tollens armis ęquabit Olympo.
Hæc admirantes ex omni parte camœnæ
Ante alias, quas diua tulit Bellona sonante
Non procul à Plaui, uirides contexere lauros
Certabunt, meritas fundentes carmine laudes:
Colliget has magno pectus succensus amore
Inuicti Herois, cui tanta est gratia, Zucchon:
Ite igitur proceres, quoniam nil maius auito
Consedit solio, nec quidquam maius habebit
Sarmatia, antiquum redeat, uel tempus in aurum:
Ite (inquam) proceres læti, Regemq; benignis
Quisq; suum excipiens animis, persoluat honores,
Quos possit, statuatq; aras, ita numina poscunt.
Sic ait is, quicunq; fuit, regalia tecta
Rex init interea sublimibus alta columnis,
Et terras nox atra caua complectitur umbra.

MARCI STECCHINI.

Mos rediit Veterum, Reges uirtute creantur;
Sarmatia in magna Rex nouus ecce Numa.

EIVSDEM.

Cum Rex Sarmatiæ bello Mars fulgeat alter
Calliope illius fortia gesta canat:

Ad ſolam ſpectant Diuam præconia Diui:
Non ſat mortalis tollit ad aſtra Deum.

MARII DOIONI.

Miles in inſigni ſperat ductore triumphum,
Qui predam ſtrato congerat hoſte grauem:
Sarmatia inuicti luſtrat clara omina Regis;
Theſſalia ut capiat ſceptra inimica manu:
Paciferæ Latium fœtus decerpſit oliuæ,
Cum victor domito Cæſar in orbe fuit:
Viſtula quos lambit mox aurea ſecla ſequentur;
Dextera namq; hoſtes ſub iuga Regis agit.

PAVLI PELLICEI.

Te canere auderet fidibus mea Muſa canoris,
Clara tuæ referens laudis præconiæ, magnum
Aſt opus hoc famæ deberi ſenſit, & illam
Delegiſſe unam ſuperos, quæ munus obiret
Propoſitum Muſis melior, quin maxima eandem
Iam maria, & terras alis pernicibus omnes
Audiit emenſam, & totum uirtutibus orbem
Repleuiſſe tuis, atq; hinc iam numinis inſtar
Te gentes uenerari, & quæ ſunt Cardine Cretæ
Sub gemino, & queis Sol oriens lucemq;, diemq;
Primum affert, & quas poſtremò deſerit idem,
Dum cadit, & dulci in gremio ſe Tethyos abdit.
Quare actam ſtudio ne rem uideatur inani

Aut agere, aut lymphæ gutta mare uelle profundum
Augere, & parua Phœbo dare lampada lumen,
Musa eadem inualidis dimittit uiribus impar
Sponte onus, atque tibi mentem pto carmine totam
Dedicat, ac te unum submisso poplite adorat.
O patriæ decus eximium; ò Rex inclyte, certa
O Diuum soboles paruum ne despice munus;
Ne contemne humiles, humiles Deus ipse sereno
Respexit uultu, superis sunt munera cordi
Parua hominũ, primũ illi animã, mẽtemve requirunt.

BASILII HYACINTHII.

De Ser. Stephano Nascente.

Bathoreum simul ac genitrix emisit in auras
Dixerat esse suum; Mars, & Apollo suum;
Ille uirum bello, hic optat clarescere pace,
Ille manu; hic magni uiribus ingenij.
Discordesq; Iouis quæ sit sententia quærunt;
Dixit Apollo tuum, Mars pater esse tuum:
Dixit & esse suũ, & STEPHANVM dedit ante uocari,
Quàm meritas ornet sacra corona comas.
A Ioue ꝙ STEPHANVS sit Rex, ab Apolline quod sit
Et bonus, & sapiens, uincere Martis habet.

De eodem Venante.

IN syluis STEPHANVM venantem uiderat una
Nympharum, ac uiso territa mente cadit,

Cui STEPHANVS blãde, noſtros ne horreſcito uultus
Non vinco Nymphas, o Dea vinco feras.

De eodem Vincente.

Clarus hyperboreo rediens Rex victor ab hoſte
Vincere ſylueſtres iuerat inde feras:
Dumq; vrſum pernix ſequitur per deuia ſæuum,
Edidit en tales beſtia voce preces;
Rex viciſſe ſat eſt ſontes, iam parce benigne
Immeritis; num aliud publica iura docent?

De eodem Triumphante.

Bina nec Alcides duplici cum prælia geſſit
Hoſte ſimul STEPHANVS prælia bina gerit:
Polloceum oppugnat, prohibetur & intus, & extra;
Extra ſæuit hyems, intus & hoſtis agit:
Fert tamen e duplici victor duplicem hoſte triũphum,
Dantq; Duci geminum bina trophæa decus.

FRANCISCI VERONENSIS.

Melchior Illuſtri proauorum ſanguine Regum
Orte decus Venetum, & patriæ lux vna Michael
Adriacæ, Regumq; ſacris digniſsime ſceptris,
Dacia bellipotens quo te vocat? ire ſub Arcton
Quæ te vota tenent? gelidæq; trophæa videre
Sarmatiæ, per tot nimbos, & inhoſpita ſaxa
Ædo-

Ædonasq; niues, tanti quæ causa laboris?
Si cupis Herculeam maiorum ferre coronam
Per mare, per terras lauro hic potieris auita,
Est tibi terra parens Adriæ, quæ facta tuorum
Expendens vestrum effundet per secula nomen.
Hic tibi semper erunt, & sunt insignia templis
Regia, & hic poteris diuinos tangere honores.

RESPONSIO MICHAELIS.

Scire cupis nostri causam Francisce laboris,
Cur inter gladios, dubiiq; pericula Martis
Arcton, & hostili respersum sanguine Regem,
Indomitosq; adeam Dacos, Istrumq; rigentem;
Me vocat inuicti pietas Ducis, hæc mihi mentem
Solicitant, procul à patria sub Atlanta niuosum
Currere, per rupes iuuat ire; nouoq; triumpho
Gaudere, atque Itala victricia cingere lauru
Tempora magnanimi Regis, cœloq; dicare.

CAESAR COELOTVS.

Roscida nocturnos Aurora fugauerat ignes
Tithoni coniux, transuerso ac limite magnos
Effulgens radiis tractus penetrarat Olympi
Vix Phœbus, cœlo cum Iuppiter arduus alto
Lumina deiiciens populis pugnata superbis
Bella; atque innumeras cædes spectabat eburno
Innixus solio, quod semper limine claro
Exornant circum radiantia sydera cœli,

Cum ferus aduenit sæuis horrendus in armis
Pectora laudato perfusus puluere Mauors;
Talibus atq; Iouem compellat uocibus ultrò.
Rex Diuum, atq; hominum, cui nunc turbata uidemus
Omnia, & instructas acies in dura ruentes
Prælia certatim, dubiis heu consule rebus:
Is, cui Sauromatum semper gens maxima bello
Detulit imperij molem, uenerantur & ipsi
Quem Regem Daci, quid non mortalibus armis
Auderet? quos non populos deuinceret acer?
Hunc clarum Heroem demissum ex æthere celso
Mortales immortali dignantur honore;
Et fore quis dubitat penitus quin postera tandem
Sæcula per terras incensa altaria circum
Illum in uota uocent, nostriq; obliuia ducant?
Quod tua progenie precibus si flecteres ullis,
Orat ut auertas, neq; enim regnare sine ulla
Laude illum fas est in terris, dummodo cœlo
Vt fuit ante meum fiet inuiolabile numen.
Cui genitor tunc pauca refert: Non irrita contra
Parce metu Mauors, neq; enim contraria fato
Poscuntur tibi mortali multa hostia dextra
Concidet, & Salius meritos libabit honores:
Hic uerò quem tot superatis hostibus alto
Affectare uiam sublimen cernis Olympo,
Adueniet tempus cum tecum maximus orbis
Quinti olim Rector mensis accumbere Diuum,
Conciliisq; ille assuescet, Diuusq; uocari
Bellorum, ac Reges magnos, & regna tueri.

VAL-


VID ſtertis? exi Iuliaco, e, ſpecu;
Inuecta pennis nobilioribusq́;
Auras per Arctoas ſonanti
Melpomene meditare plectro
Magni coronam Principis, ęquitas
Quam pace, ac armis texuit auream
Virile robur, qui inuidendis
Imperij titulis coercet
Quantas niuoſis Viſtula cautibus
Minace cornu turgidus infremens
Syluas, & urbes, & feracis
Sarmatiæ populatur arua;
Piſcoſa quantum ſtagna Venedici;
Latè fluentisq́; vnda Boryſthenis
Claudunt, & Euxini furente
Præcipites Aquilone fluctus:
Dic, ut ſuperna Regius Armiger
Virtute, & armis inſuperabilis
Prædas redonaret abactas
Romulidum ſolio Parentis;
Vt corda rurſum tartareo gelu
Durata flamma ſyderea ureret
Pellens profanatis ab aris
Relligio inuiolata falſas
Ritus, labores quàm tulerit graues,
Quantis periclis ſubdidérit caput
Audacter, ęternos honores
Promeritus uenientis æui.

Quid

Quid illa? belli rebus in arduis
  Audere, & hoſtes ictibus obuios
  Vrgere collatis, opima
  Et ſpolia in Patriam referre;
Seu bella fortis conſereret pedes,
  In pugnam equove Threiicio arduus
  Se ferret, exemplum Parentum, &
  Quò raperet proauita Virtus?
Teſtes phalanges perditæ Iazigum,
  Nouoq; cæſi robore Theuthones,
  Teſtis Tibiſcusq; ire ſæpe
  Vorticibus ſolitus cruentis.
At, dum Smolenchum commemoras recens
  Captum, & fugatis prælia barbaris
  Confecta, & inſignis triumphi
  CRACOVIÆ decora alta fixa;
Attolle uocem, nobilius prior
  Nil uidit ętas, qua pelago aureus
  Exurgit Eoo, & qua Apollo
  Heſperiis caput abdit undis.
Et tu perennis gloria Principum
  Præſentis œui ſemideum genus,
  Tu macte uirtute, ut Deorum
  Ordinibus STEPHANE inſerare.
Hac arte terris uiuidi ab infimis
  Supra triformis lumina Cynthiæ
  Sedes beatas ad Tonantis
  Ambroſia fruituri adimus:
Hac noſtrum & oras nuntia in ultimas

Fert

Fert fama nomen, & memori ſinu
Poſteritatis geſta condit
Continua potitura luce.

EIVSDEM GERVASII.

Belligerę STEPHANVS claro diademate fulgens
Sarmatiæ Princeps aurea ſceptra tenet.
Sancta fides, hilaris clementia, relligioq;
Vera Dei, Virtus, regnat & ipſe pudor:
Spargite Pierides ſacro de vertice lauros,
Tanti ornet caput quarta corona Regis:
Ille Comis, animoq; gerens, & nomine Serta
Gaudeat hæc homines, illa dediſſe Deos.

ALOYSII CVRTII.

De electione STEPHANI Regis.

Collectos Nymphæ, qua currit Viſtula, flores
Ad patris fontem quæq; tulere ſuos.
Conſidunt, Regem ſtatuunt donare corona,
Occiduis præeſt qui modo Sauromatis;
Innumeræ cuius ſeruant in cortice pinus
Ex antris nomen peruia ſaxa canunt.
Dum texunt, certantq; ſimul, rubro ne hyacintho,
An Paphiis nectant alba liguſtra roſis:
Dũ noua geſta Ducis celebrant, Moſcumq; repulſum,
Et cantu aſſociant ſertula dulci ſono;

Audiit

Audiit excitus, madidoq; incuruus ab antro
  It ſenſim, & gnatas Viſtula lætus adit.
Continuò aſſurgunt humiles, caroq; parenti
  Naiades occurrunt, excipiuntq; ſenem.
Arbiter hic veteri tunc eſt ſermone locutus,
  Dum laudes Regis, regia ſerta probat:
Τῆς δ' ἀρετῆς ἐσθ' ὁ ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΒΑΘΟΣ. ὥστε καὶ ὀρθῶς
  Εἴρετε μὲν βαθόρου τὸν στέφανον ΣΤΕΦΑΝΩ.
His dictis volucrum cantu fauet aura, comantes
  Annutant quercus, lenior unda fluit.

ANTONII CECATI.

Munera Nympharum contextas flore coronas,
  Albaq; odoratis lilia mixta roſis;
Sarmatiæ Regi caput vmbratura decorum
  Vidit ab immenſa Pan Deus Hercynia;
Pan Deus Herciniæ, qui nunc eſt Sarmata, & illic
  Arcadiæ oblitus non leue numen habet,
Viſtulades ait, o Diuæ oceanoq; oriundæ
  Non regale caput florida ſerta decent;
Gemmata hoc galea, & claro diademate fulget,
  Iſta habeat veſter roſcida dona pater:
At ſi omnino libet crinem redimire corona
  Sacra eſt digna comis ſola Ariadna nitens:
Iam dudum hoc cupiens ſolio ſupereminet aureo,
  Quà piger Arcturus lucida plauſtra vehit:
Sydere felici, atque nouena luce coronet
  Magnanimo Regi Iuppiter ipſe caput.

Eiuſdem

EIVSDEM CVRTII.

Quæ sub STEPHANO populorum fœlicitas.

FELICES ripæ, nitidis quas alluit undis,
Quas vagus irriguo Viſtula flore tegit:
Felices campi, felici vbi ſydere natos,
Paſtor vbi pingues Sarmata paſcit oues.
Hic mœſtæ in pratis ſurrexere cicutæ,
Hic malus in viridi non latet anguis humo:
Non rabidos pauida horreſcunt armenta leones;
Non timet infeſtum mollior agna lupum.
At læto accliues ornantur gramine colles,
At fronde in glauca parca ſuſurrat apis.
Cum grege conueniunt timidi per paſcua damæ,
Cum grege fonticulos audet adire lepus.
Nec mirum, Syluanus adeſt, fineſq; tuetur,
Pabula ne pecori, ne noceantq; feræ.
Quin etiam gelidas Arcturi temperat auras,
Temperat inſani feruida ſigna canis.
Ladoni placuit, placuit mutaſſe Lycæo,
Inuictæ flluuios, & iuga Sarmatiæ.
Hæc bona miratus paſtor cœleſtia Zuccon,
Conſtituit Regi reddere uota ſuo.
Eſt vaſtum extremis Dacum ſub finibus antrum
Frons patet, occultat cætera fronde nemus.
Fons ſcatet hic Nymphis ſacer, & paſtoribus umbra
Gratus, & herboſis ſæpe petitus aquis.

Quem sæui haud habitant hydri, ranæq; loquaces
Insiliunt, turpes uel tetigere sues.
Huc adiit, purisq; manus ablutus in vndis
Lanigeram tenero de grege legit ouem.
Legit & hirsutam stellata fronte capellam
Inuocat, & supplex tempora nudus ait.
Pastores Syluane pater, cui contigit omnes,
Cui pecudes curæ, & pascua quęque forent.
Si ueneror, si iusta uolens tua numina adoro,
Et nos, & nostrum quæso tuere pecus.
Dixit, & appositos capiens cratere liquores
Lacte capram fudit, melle preunxit ouem.

EIVSDEM CECATI.

MVSARVM decus, & Pindi Curti ęmule Phębo,
Qui cythara, & cantu saxa mouere potes.
Syluanus tam culta modo tua carmina, & vna
Audiit optatæ fila canora lyræ.
Nec tantum nemora Arcadiæ contempsit amatæ
Præ syluis Dacum, Sarmaticoq; solo.
Sed myrto attritas cannas florente pependit
Sponte tibi cedens, taliaq; orsa dedit.
O vox Minciadis cycnis, & Apolline digna
Semideos canta, quin cane sola Deos.
Dic STEPHANI tu sola mei præconia Regis,
O vox Aoniis anteferenda choris.
Tu sola ęternis Heroem laudibus orna,
Qui nouus Alcides effera monstra domat:

EIVSDEM CVRTII.

Fatum STEPHANI *recensetur.*



VRVS amor, uocesq; animi spirantis amorē
Antoni, fateor, me mihi surpuerant.
Iam nouus Amphion tibi credulus esse putabā,
Et blando cytharæ saxa mouere sono.
Iam fidibus dorso uectus Delphinis Arion
Prædonum sæuas fallere posse manus:
Quin tigres quandoq; lyra lenire feroces
Orpheus, atq; altis robora ferre iugis.
Sperabam demens, & dulci errore trahebar,
Heu quantum incautus nos malè fallit amor.
Quin etiam meditans cœlum ascendisse videbar,
Admitti arcanis, colicolumq; choro.
Visus ibi è multis STEPHANVM decernere Regem
Iuppiter, & rigidis addere Sauromatis.
Et visus causas memorare, animosaq; facta
Hic fama, ad cœlos vnde foret reditus.
Iam musis, cytharæq; tubas, atq; agmina iungit;
His pacem, & choreas, his fera bella ciet.
Mitis sacra docet iustos Trieterica Liber,
Horridus iniustis ille profana uetat.
Prēmia Virtuti, uitiisq; iniungere pœnas,
Hunc Tharopes sensit, sensit & Alcithoe.
Artibus his Victor Thebas regressus ab Indis
Accumbit nostris deniq; Tricliniis.
Non secus ingenuas STEPHANVS iā perdocet artes
Vltrices acies, horrida castra parat.

Sacra colit, mores punit, ritusq; profanos,
  Subiectis clemens, duraq; in arma ferox.
Denique post multos superato ex hoste triumphos
  Conscendet felix atria celsa poli.
Talia contemplans numero cantare parabam
  Agresti Glauce cum mea me reuocat.
O' quid agis? licuit nostro te numine Diuum
  Concilia, & magni noscere dicta Iouis.
At non hæc tenui modulari fistula, & aulas
  Sublimes Regum te penetrare licet.

BELLONAE ORATIO.

DVM volat Ausonias insignis fama per vrbes,
  Virtutesq; tuas, & tua gesta canit:
Cõmemorãs victas gẽtes, domitosq; rebelles,
  Atq; tua inuicta parta trophœa manu:
Norica Bellunum doctis clarissima fabris
  Vulcani sociis grandia iussa dedit;
Vt tibi consuerent gladios; tunc protinus omnes
  Sese operi accingunt, præcipitantq; moras.
Munera sortiti nigra fornace magistri
  Certatim incumbunt, cuiq; suus labor est.
Pars cumulãs carbone focum, ut magis excitet ignem,
  Haurit, & inspirat follibus huic animam.
Mox durum chalybem flammis immittit anhellis,
  Ac prunæ ardenti miscet, & arte coquit.
Candentem trahit hinc facibus, radio vnde micantes
  Stricturæ absistunt, & sine lege volant.

Incu-

Incudibus positam massam pars forcipe uersat,
Ictibus informat, protrahit, atque polit.
Inde laboratos enses, vt temperet vnda,
Stridentes mergit, robur & addit aquis:
Hic acuit, subigitq; rotis, & cotibus ille
Corrigit horrendos ad graue Martis opus
Tandem perfectos auro, & fulgore coruscos
Quos proprio tingat sangnine Moscus atrox.
Ac ueluti pius Æneas, & fortis Achilles
Munere Vulcani Victor vterq; fuit.
Sic tua dextra potens virtute insignis, & armis
Moscorum fundat sanguinolenta Duces.

IOANNES BAPTISTAS TRIDENTINVS.

Ad Amicos Victorem Bellatum Nob. Feltrensem, & Cæsarem Pilumnum.


OSCITIS, magnos celebrare Reges
Tityrum glauco solitum salicto
Ludere incomptas iuuenum querelas
Carmine pingui.
Icarum leues humeros paratis
Instrui pennis, iterare cœlum, &
Ætheris tractus homini negatos
Carpere rursus.
Principem, Pœon sibi quem rogauit
Acer, Europæ decus, ille glebæ
Aureæ cultor, metuendus hasta
Miles, & ense.

Vltrò quem Regem ſibi uendicauit
Deferens ſacrum Diadema fortis
Sarmata, excelſo ſolio locatum,
Numinis inſtar:
Quiq; repreſsit Scythicos tumultus,
Et vagos curſus, equitumq; nubes
Spiculo infeſtus, gladio, & ſagittis
Marte ſecundo.
Eſt nefas noſtro ceciniſſe plectro;
Magna ne paruis bona deterantur
Ingeni dictis, oneriq; cedat
Languida ceruix.

OCTAVII PRATELLI.

Ecce nitent STEPHANI inſignis rutilantia ſceptra,
Atque auro, & gemmis frons redimita micat:
Nec mirum: non ne hoc nomen prædixerat ipſum?
Non ne hæc ſunt tanto præmia digna Viro?

HONORII DOIONI.

ARVIT Hippolyte gracilis mea ſemper auena,
Stridula rauci ſonans, nec bene docta ſatis.
Sanctior hac mihi ſors, ſi ſors meliora parauit
Otia, fatidici quæ coluere Patres.
Non ergo STEPHANI mores mihi dicere Regis
Fas eſt carminibus, non genus, arma, uirum.

Rarus

Rarus honos, fateor, decus, & noua gloria regnis
  Sauromatum claret progenies superùm.
Agnosco, uenerorq; fidem pietate decoram
  Regis, & admiror robur, & ingenium.
Gaudeo felici seclo, lætorq; triumpho
  Regia quem primo uis peperit STEPHANO.
Sed cantent uates, resonent cantata per urbes
  Ausoniæ, & tanto sint monumenta uiro.
Musarum hæc cætus scribat Bellunius, ornat
  Bellona heroas, magnanimosq; Duces.
Hęc inter uirides modulentur carmina syluas
  Agrestes Fauni, Caprideumq; cohors.
Vocibus his ultrò succedat pastor ab alta
  Prospectans Serua dulce canens BATHORVM.
Et BATHORVM reddant nemorosi saxa Zopæi,
  Antraq; Taluenæ, Campsiliumq; simul.
Excipiant lætos sonitus per littora Nymphæ,
  Anaxi soboles, gaudia Cordubij;
Rupibus inscribant magnum per sęcula nomen
  Annua cui celebris sit peragenda dies.
Ritè sonant circum Belluni mœnia, tandem
  Sit Regi STEPHANO plausus, ubique fauor.
Munera da Zuccon, saxis quę effodit ab imis.
  Dura manus STEPHANO, nam pia bella mouet.
Interea magnis cumulabo altaria donis
  Dans sacra, & uoces, thuraq; numinibus.
Infidos si fortè animos, gentemq; superbam
  Arceat, & longo comprimat imperio.

IOANNIS PERSICINI.

DVM ſtudet Hippolytus curru trāſcurrere ſyluas,
Syluarumq́; ſibi conciliare Deum,
Conciliare Deum maxima ſacra ferens.
Tunc ſubito cœlo uox uictrix miſſa per auras
Norica regna ferit, ſydera celſa ſonant
Norica Belluni, Rętica quæque ſimul.
Hic ſapiens, linguiſq́; potens dominatur in armis;
Hoc Mars, aſt illud caſta Minerua dedit.
Hoc reſonant ſyluæ, ſic canit omne nemus:
Huic Rex ſubiectis parcit, ſternitq́; ſuperbos
In CHRISTI fidos qui fera bella mouent:
In CHRISTVM, Moſchi qui domat imperium:
Viue igitur felix, Victor celebraberis orbe,
Sarmatiæ Princeps ſemper amate Deo;
Cuiq́; fauet fatum bella ciere ferox.

ALOYSII GROTI.

HECTORIS illuſtris famam tua fama ſubegit,
Mortuus is, uiuus tu celebraris adhuc:
Factis facta tuis magni uincuntur Achillis,
Illa unus cecinit, ſed tua mille canunt.
Lux tua formoſam vincit Rex inclyte Lunam,
Lucis egens ſæpe hæc, lux tua ſemper adeſt.
Laus tua Phœbæum ſuperat fulgore nitorem,
Non uidet hunc, laudes qui uidet ecce tuas.

Eiuſdem.

EIVSDEM.

VM canerem fictos Reges, quorum vnica virtus
Omnibus exemplo Regibus inde floret.
In quos & mores, & honores, & omnia summa
Contuleram, quales esse decere rebar;
Mendax ut pinxit Persarum Græcia Regem
Rhetoris ut Cicero condidit ora sui;
Cynthius intonuit quid Reges quærere fictos
Si uerus tanto dignus honore subest?
Dignus in exemplo qui proponatur in orbe,
Regibus à cunctis quiq; imitandus erit. (honorē,
BATHOREVM celebra STEPHANVM celebrantis
Quo melius quicquam fingere nemo potest.



Syluæ consecratio, à syluanis Pastoribus facta Clementiss. Principis Transiluaniæ, mox Regi Poloniæ Serenissimo.

FLORAVANTIS FORO.

Florus, & Zucchon Bellunenses,
AC
Lascon Polonus, Pastores.

SYLVA tibi frondes æstu, nec frigore desint,
Semper & hoc Nymphę releuēt in fonte calorē;
Hic ego sæpe dedi Galatheæ brachia collo,
Sæpeq; deposui flammas hac fontis in vnda:
Hanc syluam SYLVANE tuo sub numine serua:
Innectam semper tibi serta virentia florum;
Infundamq; noui lætus duo pocula lactis;
Atque tua syluæ laudes hac luce sonabunt.
Sed quis iam collis descendit vertice pastor;
Aspice vt ingreditur demisso lumine terræ;
Ad nos se recto turbatus tramite perfert.
ZVC. Ille quidem (si vera meas fama occupat aures,
Si neque me vestis, neque vultus fallit imago)
Est pastor claro Polonus sanguine natus
Inclyta Semideus pastorum gloria LASCON.
Flore pedem extemplo nostrū flectamus ad ipsum;
Dignaq; nobiscum SYLVANI ad sacra vocemus.
FLO. Siste gradum, dextrę da nobis iungere dextras:
Huc

Huc ne venis errore viæ? dic inclytæ Pastor,
Quæ causa, an potius quæ te nunc fata fatigant,
Vt Serpentinæ Vallis loca mœstus adires?
At quoniam diferre nefas, aut linquere sacra;
Hunc pete nobiscum fontem, syluamq; relictam,
Atque ibi pergrata poteris requiescere in vmbra:
SYLVANO hanc lucem, syluamq; sacrauimus illã:
Quando hic SYLVANO non est reuerentior vllus:
Hic illam uici, quam me puer ignifer arcu
Per rupes, per saxa sequi, per flumina iussit.
Te simul hanc tentare viam fortuna coegit;
Nunc age SYLVANVM celebrare en incipe lętus,
Floribus atque illi nobiscum intexe coronam.
LAS. Vulnera pastores renouare iubetis acerba,
Heu patriam infelix, Polonumq; arua reliqui,
Vix lachrymas alto possum retinere dolore,
Pectore vix possum mœstas effundere voces:
Nos quoque pastores inter famamque, decusq;
Gessimus; At quoniam Diuorum fata ferebant
Me uarias tentare uias, & linquere culta:
Tunc Serpentinæ commotus nomine Vallis
(Quam Vos incolitis percinctam montibus altis)
Horrentes habitare domos, atque antra putaram,
Solus & in tenebris inter deserta ferarum
Exigere his miseram syluis sine nomine uitam:
Filius at pulcher Veneris, Nymphæq; solutis
Crinibus his ludunt ripis, hac Valle uirenti
Inclusi placido labuntur murmure riui.
Cur patriam liqui, paucis aduertite, dicam
Me

Me numquam celebrare Deum mea fata tulerunt
SYLVANVM, uiridesq; illi sacrare coronas;
Deserui potius syluas, fontesq; sonantes:
Serta Deo pecorum sacrabam regia soli.
SYLVANO at quoniam pastores undique læti
Mactant, nec uobis Deus est reuerentior ullus,
Ipse quoque alba rosis uobiscum lilia nectam;
Dulceq; subiungam syluestri carmen auenæ;
Incipe deinde tuum alterno sequar ordine carmen.
FLO. Hoc donis festo, & cantu celebrabere nostro;
Hac tua luce nitent sertis altaria semper,
Hac uiridi in ripa mecum Galatea quieuit,
Hic ridens Galatea rosis mea tempora cinxit.
LAS. SYLVANI crinem Satyri exornate corona
Vos gratiles Nymphę SYLVANO carpite flores,
Nanque ouibus longè nutu contagia pellit;
Atque graues releuat pastorum lumine curas.
FLO. Qui pastor siccare die quater ubera gaudet;
Atque sitim pecudum puro restinguere riuo,
Syluarumq; æstus uiridi sub fronde leuare,
SYLVANO gaudet meritos persoluere honores.
LAS. Ecce ferunt Dryades manibus iam lilia plenis
Texentes uarios uario discrimine flores;
Vos quoque Pierides SYLVANVM cingite lauro;
Voce, Lyraq; simul dignas expromite laudes.
FL. Quò fert SYLVANVS gressū, magis undiq; flores
Terra uiret, floresq; magis per prata refulgent:
Dulcisono uolucres emittunt gutture cantus:
Vim ponit Boreas, qui pinus sæpe fatigat.

Huius

LAS. Huius in aduentu pecudes lætantur, & arua;
Munera Diua suo diffundit Copia cornu;
Cū Nymphis Citherea choros pulcherrima ducit;
Et terram pedibus quatiunt,& carmina dicunt.
FLO. Per syluas tuti ludunt,per prata iuuenci;
Non timet insidias pastor; rabiemq; luporum;
Vndique lætitia colles, ripæq; resultant,
Ipsiq; emittunt voces ad sydera montes.
LAS. Iam SYLVANIS adest,iam ferrea vertitur ætas;
Grandia somniferi temnuntur pocula Bacchi;
Nectaris,ambrosiæq; fluunt iam flumina lactis;
Ambrosiaq; bibens animal iam vescitur omne.
FLO. Si nunc voce tuas vellem procurrere laudes,
Vellem equidem veris frondes,numeroq; carentes
Enumerare maris fluctus,& sydera cœli.
Musa Deum celebrare modis iam desine paruis.
LAS. Ah sunt inferiora tuis mea carmina factis;
Sit uoluisse satis; plectro crinitus Apollo
Te dulci SYLVANE canat, sanctæq; sorores;
Et syluæ recinent nomen, montesq; iocosi.
FLO. Hoc ego sertum egregio placidissime vultu
Accipe syluarum custos; si paruula dona
Hæc sunt, parua Deis haud sordent munera tantis:
Interea lætus nostra hæc incœpta secunda.
LA. Hāc quoq; ne tēnas,precor,o SYLVANE coronā,
Quam trado supplex, at post tua tempora cinget
Aurea, non viridis; felicibus annue cœptis
Interea, placidusq; adsis pede Diue secundo.
ZVC. Ast ego pro meritis unquam quæ prꝫmia dignis
Tradere

Tradere digna tuis potero? quibus ęquora laudum
Claudere carminibus tantarum summa tuarum?
Obstrepit ah nimium sonitu mea fistula rauco.
Has tibi me sat erit pateras effundere lactis;
Pectoribus uoces emissas percipe nostris;
Et nos, & pecudes oculis iam respice lætis.
FLO. Audiit ipse Deus syluarum uota precantum;
Splendidiore micat radio formosus Apollo:
Vndique per syluas ludit genus omne ferarum;
Applausu resonant colles, atque omnia rident.
Iamq; uale o decus æternum SYLVANE Deorum.
ZVC. Hanc tu nobiscum poteris traducere noctem;
Voluitur ante focum epulandi tergus opimum
Capreoli nuper genitricis ab ubere rapti;
Cerea pruna tibi; perfusaq; sanguine fraga;
Non lac deficiet, neque dulcia dona Lyiei.
Siq; libens præbes pastorum uersibus aures,
Noricus egregie pastor Lactantius, atque
Curtius, & carmen sociat Geruasus auenę.
Tethyos infusus gremio sol brachia nectit
Ceruici, atque domum suadet se quenque referre:
Iamq; alti incipiunt tenebris nigrescere montes,
Fuscaq; nox cœlum curru circunuolat atro.

EIVSDEM FLORAVANTII.

FLVCTIBVS Pontum pete iam superbis
Dulce Neptuni decus, & suarum
Cura Nympharum redimitus auro
Vistula crines.

Funde

Funde rorantes hedera uirenti
Lætus argenti latices ab antro;
Dum docet ſyluas reſonare leni
Aura ſuſurro.
Fronde ſub pinus viridi latentes
Flumina & ſiſtant, rapidoſq; uentos
Mulceant cantu uolucres ſonoro
Dulce loquentês.
Sint tuæ ſemper teneris nitentes
Floribus ripæ, fugiantq; nubes,
Ac magis Phœbus radians Olympo
Fulgeat alto.
Fata cum uobis dederint benigna
Principem quo non fuit alter unquam
Integer uitæ magis, atque Marti
Gratior ullus.

ANTONII CESANAE.

QVID Curios iam Roma tuos extollere tantum,
Quid Fabios, Decios, Scipiadasq; iuuat?
Sarmatię STEPHANVS ſi ſplendor, ſpeſque, ſaluſq;
Ingenio, & belli præterit arte duces.

FEDERICI FRANGIPANIS.

SARMATIÆ inſignis Rex, cui clariſſima Virtus;
Et felix fortuna dedit tam nobile regnum.
Altera nil melius concedere debuit, alta,
Quam

Quam velis vt ſemper tentare, atque ardua magno;
Excelſoq; animo præclaris dotibus auctus:
Altera nil maius potuit donare roganti,
Quàm tentata ſuum ad finem ut perducere poſſis.
Det pater omnipotens longæ felicia uitæ
Tempora, nec ſolum ut regno potiare potenti
Concedant ſuperi, diuturna & pace fruaris;
Verum etiam ſi fata uocent te in bella cruenta
Armatum inuicto generoſum robore pectus,
Debelles quicunque tuam turbare quietem
Conentur, longeq; tui, lateq; propages
Imperij nullo præfixos limite fines.

PALMERII SCARDANTIS.

IACTES te, flauam qui torques Viſtula arenam,
Iactes, qui lata laberis Iſter aqua.
Eſt tibi Rex clara uirtute inſignis, & armis,
Quem bello regum ſceptra ſuperbà timent;
Sternit humi infeſtos armis uictricibus hoſtes,
Nec pacem optatam uictor ab hoſte negat.

BERNARDINI PARTENII.

DVM bello Moſchum inuictus Rex concutis
hoſtem,
Armatumq; fremens barbara Terra tremit;
Dumq; fugam, & latebras fruſtra meditatur inanes,
Atque horret riuos ſanguine purpureos;
Cum-

Cumq; metu populi trepidant; cùm triſtia paſſim
Denſantur miſeris funera funeribus,
(Nam quis conſpectumq; tuum, fataliaq; arma
Non timeat? bello aut quis putet eſſe parem?)
Pacem orat: tu mente preces non temnis amicas,
Exoluisq; tuis debita colla iugis.
Magnum erat hoſtem acri proſternere Marte cruentũ;
Sed maius Te ipſum uincere poſſe fuit.

EIVSDEM PARTHENII.

HANC tibi Mars palmã victricẽ maximè Regũ,
Paciferamq; oleã, hanc flaua Minerua dicat.
Illa tuæ egregiæ virtutis præmia, in hoſtem
Hæc demiſſum animo Te indicat eſſe pio.
Nullæ illam ut poſſunt ualidè, confringere uires,
Quin preſſa obſtanti fortior erigitur.
Vtq; hęc nec Boreę rabie concuſſa minantis
Deponit glaucas Numine tuta comas;
Sic te nulla unquam vis deprimẽt, ęthere ſummo
Cum ſonitu non ſi Iuppiter ipſe ruat:
Heroum decus ęternum, Tu ſecula vinces
Præſcribentq; tibi tempora nulla modum.

EIVSDEM PARTHENII.

HANC aram tibi nunc, humili de ceſpite ponit
Parthenius, ſoboles inclyta Semideum;

E Qua

Qua uitreæ fontis lymphæ peneia laurus
  Imminet, & pictam innoxia obumbrat humum:
Non ingrata quidem, sed inania munera donat
  Ruris opes, sacris florida serta focis.
Si annuerit fortuna olim, maiora daturus;
  Hæc cape nunc, ne illis esse minora putes.
Marmoreo tum diue tholo spectaberis aureus
  Cum sceptro, tibi, cum publica uota canent.
Aurea dum interea Saturni sæcula condis,
  Hanc citharam, uocem hanc dedicat, atque animã.

IOANNIS INGOLI
RAVENNATIS.


ON auro nitidam, non gemmis ferre coronam,
Nõ populos regere imperio, nõ sceptra tenere
Efficiunt uere regem, aut domitare feroces
Insigni pietate uiros superare, fideque,
Iustitia, & claris uirtutibus, illud habendum
Inter mortales præclarum, ea gloria uera,
Sarmatiæ populi nati felicibus annis,
Diuina quando STEPHANI virtute reguntur,
Solus enim STEPHANVS scite regnare peritus,
Sola inter reges, cuius se gloria tollit,
Quæ tunc deficiet, cum non lustrabit Apollo
Auratis orbem radiis, solitamq; relinquent
Astra uiam, & solitos mutabunt flumina cursus.

PETRI

Aldi Mannuccij

BATTARE, magne, tuas cupiam si dicere laudes,
Illas culpa mei deterit ingenij:
Ne dicendo igitur minuam Tua facta, silebo.
Laudantur magni saepe silendo Dei.



PETRI MONEDVLATI LASCOVII.

CVI uix exundans Smirnei carmen Homeri
Sufficeret regum Rex BATHOREÆ timor.
Fama potens semper, consuetaq; uincere uirtus
Non TE hominem ulterius, sed uoluere Diuum.



DE SERENISSIMO REGE SARMATIÆ

Ad Illustrissimum virum IOANNEM STRASOLDVM.

FABII PAVLINI.

VO me quo reuocas tenuem Strasolde? quid urges
Scribendi in rapidum mittere uela salum?
Cimba mei ingenij non est oneranda, nec illa
Quam petis exiguæ carbasus apta rati.
Nã digne STEPHANVM quis scribat? fulminis instar
Robore spirantem dum rotat ense manum;
Sarmatiae Regem STEPHANVM iuuenilibus annis
Æquantem laudes Cæsaris, atque animos.
Qui nullus uirtutis egens, ueterumq; secundus
Nulli, nec uiuis nomen habere sinit.
Sed mihi quando quidem tua sunt non mollia Iussa
Sint argumentum hæc me uoluisse tibi.





Εἰς τὸν Στέφανον τῶν Πολόνων βασιλέα ἐς ἀεὶ σεβαςότατόν τε
καὶ ἀνίκητον ἄραντα τρόπαια κατὰ βαρβάρων.



Χαῖρε ἀρηϊφίλων κοσμῆτορ Σαυροματάων,
  Ἔγχος τε κρατερον, καὶ νόον εὐδυνάτος;
Ὅς δεινὰς ἄτας ἐλάσας, καὶ ἀνήμερα φῦλα,
  Ἄξιος ἡρακλεῖ τοὔνομα ταυτὸν ἔχειν.
Δμηθέντος ςηγεροῖο θεοῖς, καὶ φῶτος ἀλιτροῦ
  Στῆσας τῇ παλάμῃ κλεινὰ τρόπαι᾽ ἔτυχεν.
Τῷ ῥα ἐϋ-ςεφάνων ςέφανος προγόνων συ γενῆαι
  Λαομεδῶν, μόχων δεῖμα, καὶ ἐσσομένων.


Τοῦ κλαυδίου ἀγκαυθηρου λοθαρίγγου.



Εἰς τὸν Στέφανον τῶν Πολόνων Βασιλέα.

Καίσαρα μὲν μάρκελλος ἔχει συγγνώμον᾽ ἀπεχθὴς
Καίσαρα δ᾽ αὖ ῥώμη οἰκτρὰ τύραννον ἔχει:
Α᾽λλὰ γε τὸν Στέφανον Γάσπαρ συγγνώμον᾽ ἀπεχθὴς
Α᾽γχίνοον θάμβει, καὶ νόμιον πόλονος.


Τοῦ Αλοϋσίου κυρπίου.




Ε᾽ις τὸν αὐτόν.

Πολλάκι δωρεῖται σκῆπτρ᾽ ἄλλοις μὲν βασιλεῦσιν
Ἢ βία, ἤδε τύχη, ἤδε λέως ἀγενής
Αλλ᾽ ἀρ᾽ εὐγένεις πολόνων τ᾽ ἄρχοι ςεφανεῦνται
Καὶ βούλη Στέφανον, καὶ χαριεσσ᾽ ἀγαπή.

Τοῦ Α᾽ντονίου βαρκελλονίου
Ε᾽νέτου





πρὸς κύρτιον περὶ Στεφάνου, γερβάσιος.


Ἔισετι πακτωλός, Γάγγης, τάγος, ἠρίδανός τε
Χρυσοφόροι κυλίειν κύματα μαινομένα;
Νῦν δὲ ῥέουσι, λίαν νύμφαι θαμβοῦσι, ταπεινοὶ,
Ὅ Σλατίνης ποταμός τῶν ἀπόκρυψε κλέος
Ἡ Σλατίνη λίθον ἐν λαμπροῖς ἄμμοισιν ἔδωκε,
Ὃν λίθον οὐ ποταμός μέν τις ἔδωκε ποτέ.
Ὅς γε θρόνῳ θέμενος πολεμείων Σαυροματάων
Φοῖβον ὑπερλάμπει, ὅττ᾽ ἀνὰ νύκτα σελᾶ
Εὖγε τεὴν λόγιος νῦν ἀσκῶν κύρτιε μοῦσαν
Ἔυκλεα σὺ Σλατίνην, καὶ Ξυνάειδε λίθον.

Ἀπόκρισις

Ολβιος ἦν Σλατίνης ποταμὸς, λίθον αἰχ᾽ ἐδονήθη
Τόφρα φέρειν, Ἰνδὸς τὸν κρόκαλος φέρεται,
Σαυρομάτων τε μέγας θρόνος ὄλβιος, ὃν περικάλλει
Τῷ δὲ λίθῳ νόμιως ἐνδέχεται Γανάειν.
Εικὸς δ᾽ ἀμφοτέρους ᾆδειν Σλατίνην τε, λίθον τε,
Μόλπῃ δ᾽ ἀμφοτέρους εἰκὸς ἐς ἄστρα φέρειν
Ἀλλ᾽ ἄρ᾽ εἴωθε τόπους μοῦ ναίειν μοῦς ἐρεβεννοὺς
Ὥστε λίθον φαεινὸν δείδιε πλησιάζειν.

Τοῦ κυρτίου.





Francifci Hunniadini Tranfiluani.




EDOACI ad ripas fecreta nuper in vmbra
Primæui rofeos ueris mirabar odores,
Et circum Andiades mecum mea cura Napææ
Annua Mantoo texentes ferta Maroni
Minciadem querula flebant Meliboeon auena.
Ecce ab Hyperboreo prænuncia FAMA receffu
Ædonas hyemes uolucri dimenfa volatu
In Zephyros fulcabat iter, magnamq; falutans
Hefperiam, Adriacis allabens finibus hæfit.
Hic vbi me Archoæ vidit telluris alumnum
Aonium Euganeo meditantem murmur in antro,
Sicut erat patrij fuffufa afpergine Martis
Sanguineum excutiens atro de corpore rorem
Succedit luco, & noftra Dea reftitit umbra,
Incumbenfq; folo iam laffis debilis alis

Talibus

Talibus aggreditur. Te nunc ignauia deses
Occupat Euganeæ iuuenis pars una coronæ,
En ego quot terras obij, iam præpete giro
Lustraui Aonidas, geminumque Atlanta repleui.
Exercet vates magnus labor, ille cruentus
Heroos inflat lituos, crepat ille pedestri
Sanguineas acies numero, fluit ille solutus,
Hi lætum Pæana sonant, hi pectine blando
Exhilarant tristes elegos, hi Sapphica culta
Hi lentum Scazonta, hi læta anapæstica ludunt,
Partaq; dinumerant Arctoo & hoste trophæa,
Tu cunctaris ad huc sacri preconia Regis
Pegasea tentare tuba, Tanaimq; subactum?
Exurge in numerum, quid capripedes Satyriscos
Quid iuuat Heliadas subdiualesq; Ithyphallos
Delyrare lyra, lasciuaq; numina Faunos.
Aut si forte breues Gyaros sannamq; vereris,
Si nondum Ascra fauet, necdum tibi somniat Aon,
Aude aliquid, voluisse sat est, teq; exime uulgo.
Hæc memorat, cœloque viam molita per auras
Ingreditur nymbos, & rauca tonitrua tranat.
Nunc ego quid coner, Phœbumnè in uota uocabo?
Iam fessa est Phœbea chelys, numennè precabor
Montis Hiantæi? iam laudibus entheus Aon
Ebrius est, fontemnè bibam? iam deficit Ascra.
Mœonias ne implorem ymbras animamq; Maronis?
Non unus Maro, non unus tibi sudat Homerus.
Præsentesnè canam titulos Arctonq; receptam?
Præterita accendunt animum, bellinè labores
Iustitia


Iustitia exsuperat, clarorum nomen auorum?
Immensum mihi surget opus, partemne relinquam
Virtutum laudisq; tuæ? quodcunque tacebo
Maius erit, prompto faciens Rex magne furori,
Obruor immensa uirtutum mole tuarum
Non licet heroas acies, tot bella, tot enses
Tam timida vibrare lyra temerarius error
Excludit ueniam, laus est siluisse modestè.

Interea Euganea sine me rude carmen in vmbra
Inter odoratas lauros, atq; Itala Tempe
Cantare ad cunas, Mauortia flare trophæa
Non opis est nostræ magnorum maxime regum
Maiores maiora tonent, gaudere triumphis
Nos satis est, humiliq; humiles inflare cicuta
Cum Satyris rurale melos, sic pauperis horti
Villicus exiguum sterili de uite racemum
Suspendit Bromio, pastores farre litarunt
Thure Iouem, parua Cererem placamus acerra
Forsan erit tempus, quo te tuaq; inclyta gesta
Incipiam maiore lyra, totumq; mouebo
In laudes Helicona tuas, nunc paupere plectro
Tantarum liceat fastigia tangere rerum:



STEPHANV GENETHLIA.





AMPRIDEM opprobrium titulis, & inania regni
Pondera, & edomiti ludibria uiximus Hęmi,
Naſcere magne pater patriæ, quo uindice faſces
Maiorum canasq; iubent procedere leges
Infenſi quondam ſuperi præſagia magnæ
Indolis agnoſco, uideo, felicia naſci
Sęcula, & optatam Vngariæ reuireſcere pacem;
Audio Amiclæos præſagum carmen olores
Cantare, & cunas blando luſtrare uolatu
Sarmatici ducis; ecce nouum miteſcit in aurum
Natura cogente chalybs, iam flumina lactis
Flumina mellis eant, iam ſudent balſama ſiluæ
In falces abeant gladij, fluat omnibus aurum
Nectare & ambroſia tumeat Mauortius Iſter.
Tu uero STEPHANE ingentes accingere ad orſus
Bellipotens, en tota tuum coniurat ad ortum
Machina, & ęterni ſpirant præſagia cœli.
Te naſcente ferum cecinit Chaldæus aruſpex
Auſpicium Arſacidis, augur te agnouit Hetruſcus
Naſcentem; aſpectisq; Aegyptus inhorruit aſtris.
Te Clariæ ſacer horror aquæ tripodesq; deorum
Te Perſæ ſtupuere magi, te ſenſit aruſpex.

Cortina

Cortinæ trepidante tages, te Marmaris ara,
Te Pelusiaci prædixit victima vagi.
Phocaico nunquam tantum mugiuit ab antro
Alma Themis, nunquam tam ueri numinis æstro
Fatidicos fudit Dodonia quercus elenchos.
Miratur Babylon nodosæ rubora clauæ,
Et fidos arcus & auiſę tela pharetrę
Iratos fregisse Deos, lamenta vagantur
Per populos, vetitumq; niues texere Canopum
Hostia nulla placet superis, non anser osyrin,
Non placant fruges Cererem, non cerua Dianam,
Non hędus Bromium, sus Maiam, capra Mineruam,
Non furuæ Plutona boues, Ergenna bidental.
Expauet, in Boream flamen canit exta dialis
Crescere, defectisq; Nothon marcescere fibris.
Illic & lapidum fletus, & flumina dextra
Attonitos terrere magos, partusq; sinistri
Semiferi uultus, & flammea barba cometæ,
Ingeminat solitos cautes Sipyleia luctus,
Liquitur in lachrymas Eurus, miserabilis uda
Canitie, pullaq; Nothus mæstissimus ala,
Quam uellet mutare diem, Boreæq; beato
Inuidet imperio, gelidus licet axis utrumque
Nutriat, atque pari dispensent frigora libra.
Æmulus exulta Boreas, pigriq; Triones
Luxuriant choreisq; uacat genialibus Arctos.
Absistunt nebulæ, mundus caligine liber
Deliolos flores & odori germina ueris
Fundit, & halanti cunas dissuauiat herba.

Alma

Alma canit Natura nouo gauisa sereno
Dulce genethliacon saliunt ad plectra Napææ
Pannonides, patrijq; canunt encænia Daci,
Oscines sacra infantem cinxere corona
Lætantes, melicoq; fluunt modulamina rhythmo
Ad cunas, nunquam tot aues Arctoidos oræ
Vidit Atlas, patrium linquunt Mæandron olores
Dilectum Alcyones linquunt Cælca remisit
Daulias ales Ithyn, nigrum liquere sepulchrum
Memnonides, tepidum mutarunt Strymone Nilum
Naupliadæ volucres non Nisi Scylla capillos
Non Circen Diomedis aues, non Terea Progne
Infestum meminit, volucri cita uerbere penna
Quærit Atlantæas dextro sub cardine plantas.
Elysios quoque fama tui venerabilis ortus
Magne heros heroas adit, gaudere nepoti
Turba patrum, quos cana fides & Martia virtus
Perfunctos uita poenali à sede secretos
Addidit ęternis abluto corpore Diuis:
Busta licet mutumq; caput fessumq; cadauer
Felix Alba tegat nascenti cymbala Regi
Instaurant vates, antiquaq; fila resummunt:
Quaq; licet sacro plaudunt modulamen Auerno,
Iam nec Threiicij crinem miratur ephebi
Letiferæ lyricen gustator Anacreon uuæ,
Æolis Ambracides Sappho non heroinas
Ardet Anactorien & syderęam Telesippen
Excidit ore Phaon, sordet modo Mnais & Atthis
Est noua cura iccur, cunctos tibi nutrit amores.

Te recinit iam lymphatæ noua pectora vates
Implentur veteris Phœbi, lætæq; futuris
Concipiunt numen, venturaq; fata recludunt.
Quicquid Amalthæa & veri præsaga Phaennis
Quicquid fæta Deis Manto, longæuaq; Glauci
Deiphobe Herophile & venturi conscia Demo
Phemonoe Phygoq; & Apollinis ęmula Sabbe
Et Carmenta parens, quicquid Marpesia fati
Diues habet, non iam folio librovè loquuntur
Ancipites, sed certa refert, sed gutture uiuo
Spiritus, arcanumq; euibrat Phœbade numen.
Tu quoque qui uolucres qui nigra uenena Melampu
Nouisti gemino zelatus Apolline mentem
Læta renascenti cecinisti gaudia mundo.
Festa coronatæ peragunt conuiuia uitæ
Exultant geniale pij per Auerna, nec unquam
Orphea tam magno manes cinxere theatro.
Arrident superi, regalia sydera summos
Obsedere poli tractus, nec ad ima salubres
Abscondunt radios, toto ferus exul Olympo
Saturnus rursum Latio latet, occupat orbem
Cres hæres, flamma radians, tonitruq; secundo.
Ecce nouum sidus sinuatis ęthere giris
Vidit vterq; parens longo descendere tractu
Illabiq; domum, & bifido proserpere cornu
Ad cunas stupuere simul, simul igne diuino
Præsagus flagrauit apex, radiauit honorus
Vertex, innocuę carpserunt tempora flammæ,
Mox sua Ledæi repetunt conuexa Lacones.

Non

Non ſatis eſt ſuperis, cœli terræq; mariſq;
Prodigiis feciſſe fidem, placet ora uidere
Infantis, numenq; nouum conuexa relinquens
Ingreditur terras venerandi curia cœli.
Expediunt ſeſe celeres, uehit aurea magnum
Ala Iouem, ſubeunt Cybeleſa lora leones, cybelen
Sphæra rotat Ianum, Genij iunxere Moloſſos:
Sithonios Mars frænat equos, tu tigrides Euan,
Alma Ceres cogit rapidos ad fræna dracones;
Mercurium ſua penna uehit, Tritonida pardus,
Saturnum cancri, dominam Saturnida paui.
Neptunum balæna ſenem, uaga cerua Dianam,
Luna boues urget, Ditem uehit acer Alaſtor,
Mulciberum Salamandra Fabrum, terraq; poloq;
Maiores Venere Dei, qui fata gubernant
Bis deni rerum domini, Venere minores
Quos arbor fluuius, mons, fons, nemus, æquora, rura
Diuerſis coluere ſacris, Venere ſecreti
Indigetes, cycnos gemini iunxere Lacœhes,
Flora premit Zephyros, bigas inſedit Enyo,
Solis auem cuſtos ęterni nectaris Hebe
Conſcendit, Iouis ales agit Ganymeden amatum,
Venit & ad terras felix Aſtræa relictas,
Quam læua turtur, fert iuxta ciconia dextra,
Alcidem ſua monſtra uehunt, pars cętera diuum
It pedes, ut tetigere ſacri cunabula Regis,
Quod ſors cuique dedit, Diuo pia dona recenti
Certatim accumulant. Cingit diademate crines
Iuppiter, & ſceptro Rex Regem illuſtrat eburno,
Dat

Dat pater ingenium puero Saturnus, & altum
Consilium, bifrons promittit secula Ianus,
Neptunus maris imperium, spolia ampla Diana
Consortem Lucina tori, Berecynthia prolem,
Sol annos, Gradiuus equos Cythereia leporem,
Virtutes Pallas, celebrem Saturnia famam,
Vber agri fæcunda Ceres, messemq; beatam,
Optatum genius uotum, Bronteia tela
Vulcanus, Dis diuitias, dat spicula Phœbus,
Eloquium confert Hermes, adamantidaq; harpen.
Donat Hydaspæis ornatam nebrida gemmis
Vite beans Bromius, promissa assensibus implent
Indigetes & turba minor dant fœdera fratres
Vnanimemq; fidem, spondet Bellona triumphos
Alcides animos, infractaq; pectora bello
Dat gladios Astræa truces, iustamq; bilancem
Aureolas dat Flora rosas, dat nectaris haustus
Iliades, puerоq; puer pia basia iungit
Dat uer æternum & viridem sine fine iuuentam
Diua gubernatrix longæui nectaris Hebe.
Concilio solæ abfuerant sanctaq; caterua
Quæ rata pacta Deum reddunt, vitæq; tenorem,
Fataq; dispensant diuino pollice Parcæ.
Accelerant Iouis imperio; fert stamina concha,
Gryphes Hyperboreæ calathos, quibus addit & aufert
Annorum Dea dura modo, tum maxima natu
Atropos obstantes reuocans ad terga capillos
Candida uiuidulis intexit licia fusis
Sic memorans. Salue ò patriæ spes vna, patrisq;

Magne

Magne puer, salue iam dudum debite terris
Auxilium, requies fessis, victoria victis,
Pœna reis, custos populis, lux vna tenebris,
Vna salus ęgris, salue iustissimè uindex,
Iustitiæ, salue obscuro Sol addite mundo,
Mecænas Musis, desuetis Scipio bellis;
Alcides monstris, Numa legibus, Acacus orbi.
Ops miseris, Decius fugientibus: Annibal hosti,
Labenti Codrus patriæ, captęq; Camillus
Typhis naufragio, Cato victis, Cressius heros
Damnatis, Perseus vinctis, Brutusq; Tyrannis
Alcinous profugis, Salue uirtutis asylum
Iustitiæ, salue Curius, Rhadamante nocentum,
Militiæ Cæsar, salue nunc paruulus infans:
Nunc spes sola tuis, ueniet robustior ętas,
Implebis terras infans breuis, ęthera Pontum,
Pontum cæde, polos fama, terrasq; tropheis.
Fabricios uinces animis, uirtute Quirinum
Relligione Numam, dextra Titanas, Atridem
Imperio, lingua Crassum, grauitate Licurgum;
Consiliis Fabium, Aeneam pietate Philippum
Auspiciis, spe venturos, viuosq; triumphis
Maiores gestis, cunctos ingentibus ausis,
Euge beate puer diuum genus, eia age nymphæ
Pannonides, heroa nouo conspergite flore.
Iam sudet querceta fauis, eat Ister amomo,
Tu quoque desuetis iam tandem assuesce triumphis
Hunne ferox, at vos fęlici currite Regi,
Currite felices fęlicia licia fusi.

Iam satis indultum lachrymis, sat sanguine vestro,
Bistonis intepuit rabies, sat cęde litatum
Pannonia, satis exhaustum est, pœnæq́ue, necisq́ue,
Cresce puer diuine, licet quo vindice vinctos
Impia disiectis iuga detrectare catenis:
Currite felices felicia licia fusi.
Te nascente fluunt anni meliore metallo,
Te nascente redit viuus calor vrbibus ęgris,
Te nascente audent canæ procedere leges,
Currite felices felicia licia fusi.
Macte animo puer Vngarico, tu maximus ille es
Vnus qui patriæ veniat modo iusta iuuentus:
Cunctando amissam, pugnando restitues rem,
Currite felices felicia licia fusi.
Te duce Sithonios in vincula belliger Hunnus,
Thracas aget, cœloq́; iterum te præside surget:
Hunnus honos, domitoq́; iterũ dominabitur Hæmo,
Currite felices felicia licia fusi.
Hic tibi Sarmaticas innectet Mosche catenas,
Arctoi gaudete duces, gaudete receptæ:
Vistulades, niueoq́; diem numerate lapillo;
Currite felices felicia licia fusi.
Aspicio flentem Tanaim, uideorq́; videre,
Sanguine sudantes campos, & fulgere in armis:
Magnanimo heroas respersos puluere belli,
Currite felices felicia licia fusi.
Magna loquor, uideo rediuiuæ męnia Budæ,
Bellogradumq́; potens, & amæni iugera Draui:
Atque triumphati fatalia fræna Poloci,
Currite

Currite felices felicia licia fusi.
Impia non ultra bacchabitur orbe Megæra,
Cessabunt Erebi leges, & pace sequestra:
Melle fluet felix tellus; pluet aureus imber,
Sistite felices felicia licia fusi.
Atropos hæc cæcinit, geminæ assensere sorores,
Annuit omnipotens, uariis assensibus ęther
Infremuit, Natura parens præscita Dearum,
Sanxit, & ęterni soluit se concio cœli.



STEPHANV PAEDIA.





OS modo quæ vada lęta Sami uitreumq́;
Tibiſcum,
Pannonides colitis, nunc aſpirate Napæę
Daciades, iam flore ſuo roſeaq́; iuuenta,
Induite infantẽ, veſtris adoleuit in vlnis:
Andide vos tenerum lauru, & Cythereide myrto,
Luſtraliq́; leues fouiſtis murmure cunas.
Aſpirate Deæ uirides, & adeſte uocanti,
Sic uobis Sol ęternus ſic flore perenni,
Ver halet, tepidæq́; fluant clementius auræ.
Tuq́; iterum mea uota nouo comitare fauore,
Armipotens STEPHANE, exilem ne deſere uenam,
Atque triumphales hedera redimire capillos,
Parce pater patriæ Cyrrhæa per auia donec
Loton, & Euganeo carpam de colle corymbos.
Magne parens nulli, natorum laude ſecunde;
Seu colis Elyſios, ſeu templa nouemplicis æthræ
Nunc ades, & primo ſudantem puluere firma
Vberiore Deo, ſecretumq́, influe numen,
Tu caneris, duce te ſedenim præeunte ſecutus
Arripuit ſacri felix iter ętheris infans.
O ſi tanta meæ ſuperet mihi portio vitæ,
Vt natum Vngarico ſcindentem Turcica curru,
Agmi-

Agmina, deiectis inamæni cornibus Hebri
Conspicuum trabea uideam, cum barbara colla
Victori submittet Arabs, confessaq; numen
Ante pedes Rhodope supplex animosa procumbet,
Tum mens plena Deo Pimpleideq. ebria lauru
Sanguinea fera bella tuba Martemque crepabit
Surgent in laudes aræ, templumque trophęis
Instituam Rex diue tuis, altaria mystes
Perfundam ueneranda mero, plaudensque chorea
Ture sacros adolebo focos, niueaque hecatombe
Castaque lacte nouo peragam uotiua sacerdos,
Stabunt & uiuis spirantia marmora signis
Pro foribus custos belli Deus Attyla, clades
Hesperię, geminique trucis duo lumina Budę
Coruini, uinctisque duces ad terga lacertis
Nec iam fulminea metuendus Turca sarissa.
Pendebant quoque dona tholo, nunc symbola grati
Quantulacunque animi deductum dilige carmen,
Primęui neu temne rudes Rex magne laboris
Primitias, si quando iocis te forsan amicis
Vel belli ferię, pacis uel seria laxant
Consule, & hæc æqui, si te non digna patrono,
Non iniusta tamen, nec semper adorea Diuis
Magna damus, sed grata tamen, dilexit auenam
Thuscus eques, nec oues in apricę fornice rupis
Pascentem, niueus nec arantem tempsit Alexis
Tityron, & sua bucolicis est gratia Musis.
Vix dum tu tenero natalia limina passu
Libabas, primęuus adhuc & idoneus ulnis

Ante annos iam bella geris, iam multus in ore
Miles erat, nec iam nucibus vel arundine longa,
Sed gladiis pręcox gaudes, campiq; cruenta
Tempestate ferum grauibus cohibere lupatis.
Tympana pro cunis pro mollibus hasta susurris
Pro domibus dumi, pro bullis bella placebant,
Iam tum Carpathio fictis in puluere giris
Gaudebas, hastamq; rudi vibrare lacerto
Martius horror inest membris, oculisq; uerendi
Nescio quid regale micant, niueaq; refulgens
Maiestas in fronte sedet, sacrumq; beatæ
Iam spirant diadema comæ, maturior annis
Nil breue moliris, primoq; ostendis in ęuó
Quis quantusve fores, & dignas indole tanta
Balbutis lingua nondum articulante loquelas.
Talis ad Eoum primæuus Liber Hidaspem
Vt primum patria subrepsit posthumus aluo
Iam Ioue digna patre, & miranda uirilibus annis
Carminat, & nigrum perterret cuspide Gangem,
Thyrsigeramq; ferox infans desudat ad hastam.
Ipse triumphato quoties fluxisset ab ortu
Threiiciis plenus spoliis, & Perside gaza
Magnanimus genitor, reduci non iungis anhelum
Basiolum, non brachiolum, sed belliger armis
Aduagis, lętus Thressam tibi sæpe pharetram
Sæpe pater paruo phaleras suspendit & ensem,
Heroamq; breuem calamis onerauit & arcu:
Sæpe coruscanti te non puerile loquentem,
Paruulaq; ad rutilos tendentem brachia vultus.

Cer-

Cernuus assumpsit gremio, rudibusq; lacertis
Fræna dabat moderanda feri, teretemq; sarissam:
Attentare manu, atq; hirsutæ cassidis ignes,
Reptasti puer in clypeo flammamq; vomentes
Tractasti galeas, & acutę cuspidis hastam,
Non pauidus, non si Sais Phorcynide virgo
Velet, & atracij sinuent per colla cerastæ.
Quid tibi tunc animi genitor, cum pignora tanta
Aspiceres, rumpunt dilectum gaudia pectus:
Et lachrymis maduere genæ, mox uersus ad astra,
Mene (inquit) tanto duxistis munere dignum,
Militiæ longo defectum membra labori?
Di patrij, date Threiicios adiuret in hostes
Succedens oneri, patribusque, parentet uterque,
Christophorum CHRISTO, Stephanum sacrabo Co
Ille Deos templumq; colat, sanctumq; tribunal (ronę:
Hic Reges regat, & domitis det iura tyrannis.
O' nimium fœlix, ò terque, quaterque beatus,
Natorum virtute pater. Cur amplius ergo;
Degeneri tellure moror? dilata quid addet:
Votis uita meis, iam iam securus honorum:
Succedam Elysio, tituli manet obses auiti
Non unus, uixi felix, sic fatus utrisque
Oscula libauit natis, & thure cremato:
Vota reus soluens, præsagum diuidit omen,
Sic urget fatum, sic mens non cassa futuri.
Sic author Deus intus agit, crescebat uterque,
Ille annis, hic spe maior, duo lumina matris,
Pannoniæ, ceu rosidulis duo lilia thyrsis:

 Pau-

Paulatim exertant rutilum iubar, i&aq; Phœbo,
Sidonios pandunt uultus, & hiantia roſtra
Ad Solem geniale rubent, flat amica micantes:
Aura ſinus, uiuunt nymphæ, timet æmula Nais
Quæ videat Dea, quæ rapiat, quæ prima decoro
Vngue metat charo dile&um munus amanti.
Vnanimi quoties frater cum fratre per vrbes
Pannonias in equis Tyrio radiabat in oſtro,
Cedebant proceres ſpatiis, & odoribus omne
Ambroſiis habebat iter, proſcenia plauſu
Compita feruebant votis, Soboleſcite magni
Relliquiæ generis, quibus eſt concredita fato,
Vngara res, patriæq; ſalus excurrere fama,
Non pigeat pueri proauos creſcente iuuenta,
Neu doleas inui&e pater, ſic Aegea Theſeus
Pelea Pelides ſic Aeſona vicit Iaſon.
Talis Amyclæos non iunxit copula fratres,
Tanta nec Inachio Pyladem deuinxit Oreſti:
Pyrithoumq́, fides, cedat concordia fœlix,
Euryali & Niſi, ſparſam in duo corpora iures
Vnam animam, geminosq; ab eadem viuere vita.
Sic Latonigenæ, ſeu Cynthi, ſeu Aracynthi
Exercent dumeta Dei, pharetrata caterua
Pone ruit, præeunt fratres, par annus utrique,
Par animus, facies eadem coniun&a voluntas
Vruntur tacitum Dryades, ſuſpirat Oreas
Deperit omne nemus, currunt ad retia mites
Sponte feræ, parent laqueis, nec tuta capeſſunt
Deuia, non pedibus celeres, non mole reſiſtunt
Maio-

Maiores, non dente ferox non cauta latebris
Sponte lupus sequitur casses, sese obiicit ultro
Vrsa plagis, non frendit aper, non sæuit hyæna,
Non fugiunt fetę uenabula dia leænę,
Dulcia declinant furtiuæ ad basia quercus,
Ipsa beatorum toruo Ramnusia uultu:
Fædus amat fratrum, tandemq; oblita nocendi,
Mitescit Nemesis, tales sibi crescere natos,
Alternant per uota patres, oculisq; sequuntur
Hos cuncti genuisse uolunt hac nubere lege,
Nec cælebs, nec Vesta negat, sic innuba Pallas
Gignere uult, thalamoq; animum sociare marito.
Nunc vetus attollat fallacem fabula Ledam,
Et fratres ouumq; suum, nunc Græcia iactet
Quam uates finxere fidem comitetur Auorno
Thesea Pyrithous, tumuloq; Patroclea donet,
Æacides, cedet ueris amor, ardet utrinque,
Maior ut ingenua grauitatem fronte serenat,
Vtque minore minor tantum superemicat omnes
Maiestate viros, vultuq; allectat amico.
Vt minor heroas & iam num spirat honores,
Vt rotat infrænes eques imperiosus habenas
Nilque puer puerile gerit, contutibus hærent
In puero, vnanimiq; fremunt præsagia uoto.
Ergo ubi iam certo signauit limite gressus,
Protinus arma loqui, & sæuo præcingier ense:
Iam magno comes ire patri iam uiua uidere,
Prælia, & Emathio sudare in puluere gestit,
Temporis impatiens tardi, nimiusq; iuuentæ.

Qualis

Qualis ubi leuibus uix audens fidere plumis,
Paruus olor solus, natalibus incubat ouis,
Mox sua materna suffragine brachia tentans:
Reptat humi, repetit nidum, sequiturq; parentem,
Luxuriansq; fuga, uicina sidit in ulmo;
Hinc aliis, atque hinc aliis sublimia donec
Arripiat tandem, & rauca inter nubila clangat.
O quam sæpe patris nimiis successibus amens
Inuidit, belliq; sibi meliora negari;
Indoluit tacitum, atque herois ignibus arsit.
Prospera sic patris, fertur fleuisse Philippi:
Paruus Alexander, metuens sibi defore laudum,
Materiem, toties illo referente trophæa /
O quam sæpe patrem, mixta puer inclytus ira
Vota recusantem nati, ceruicibus hærens
Corripuit. Quo nam usque meas pater optimè differs
Virtutes? Semperne ignauæ degener ulnæ
Pondus ero, generis contentus stemmate nudo
Semperne indecoris plangam uagitibus aulam.
Sat pupis nucibusq; datum, mihi nempe coæuus
Pellæus iuuenis Nabathas, Pompeius Iberos
Inuasit, magni referens cognomen uterque:
Quid iuuat hos animos, & cultum puberis æui
Degeneri traxisse mora, talesq; lacertos;
Heroos nati genitor sic leniit æstus.

Parce rudi nostræ non degener indolis hæres
Virtuti, atque animos opera ad maiora reserua.
Vix primæuus ad huc, tria, nec sexennia mensus:
Aggrederis metuenda patri, compesce calores.

Icarus & Phaeton in aquis exspirat uterque,
Dum patre plus audent pueri, fiduntq; iuuenta:
Exue corde metus, ueniet mihi crede theatrum;
Quo nimium spectere puer, pretiumq; labori.
Æqua rogas, sed cruda nimis festinaq; virtus
Consulto rationis eget, Prudentia bello:
Sternat iter, sic nempe Iouis genitrice cerebro;
Bellica se fudit Pallas, Si noscere uerum
Si ratione cupis, non sensu viuere bruto,
Disce puer, dum prima nouæ lanuginis ętas
Inuitat, nec calua comas occasio uertit.
Vt peritura ruit præceps sine remige puppis:
Sic populus sub Rege rudi. Viguistis Athenæ
Sub iuga barbaries, & bellipotens Lacedæmon
Et Thebę venere truces, Academia donec
Docta Platone crepat, dum Stoica porticus artes
Verbosis ferit in triuiis, magnusq; Licæum
Format Aristoteles, rigidi dum Socratis ętas,
Ad crudam dociles uirtutem inflammat ephebos.
Aspice Pellæi sacra incunabula Regis,
Et Cyrum legem regum, quod vterq; monarcha,
Consilij quod vterque potens bellator & acer,
Ille Semyramias prostrauit cuspide turres:
Calcatum galeis Indum victricibus hausit,
Causa est ingenuas didicisse fideliter artes,
Per geminum sedenim magni quinquenne flagella;
Sensit Aristotelis patefactus limes Olympo,
Atque refecta pij merces Stagira laboris.
Aspice mellifluа torquentem fulmina lingua

Bis patrem patriæ Ciceronem, hic aſpera primus
Contudit arma toga, plus & quam caluus Iulus
Pluſquam Craſſa domus Romanam reſtituit rem;
Paſtores populi, ne læderet vltor Atridas,
Diua inflammatum uetuit Glaucopis Achillem
Pallas erat ratio formata fidelibus annis,
Actaq; ſemifero ſub præceptore iuuenta.
Hinc tibi Ieſęos ter maxima nomina reges
Pſallentem Dauida melos, templumq; dicantem,
Iam plenum Solomona Deo, rex magnus uterque
Et magus & magnus domini de lege Prophetes.
Saxa, feros homines, teſtudine, dulce loquendo
Molliit Amphion, chaos & Styga muſicus Orpheus,
Non cythara, ſed voce magis, nec Ariona Delphin,
Pyratæ uexere maris, fidiſsima cuſtos
Ars erat, & manans diuino nectar ab ore.
Adde, quod hac iter eſt cœlo, ſic libera buſti
Laus æterna uiget, famaq; ſuperſtite creſcit,
Quinque ſecant terram zonæ, quas ſiue rigenti
Stringat hyems, glacie, medius ſeu torreat ignis,
Qua tamen extat aquis tellus, genitalis ubique
Nata fouet, non ſol æſtu, non bruma rigore
Naturæ fruſtratur opes, altriaque tenetur:
Eſtque ſuus cunctis æther, elementa, nec illos
Spiritus alter alit, communi Sole fruuntur,
Differimuſque ſitu ſub eodem fornice cœli.
Hi licet, ut credi par eſt, belloque, togaque
Non temnenda gerant, nec nobis forte minora,
Et gelidos extra tropicos, medioque ſub ęſtu.
Annè

Annè tamen uiuunt? vix illos esse fidelis
Persuasit ratio, quin ueri ignara vetustas:
Vitales tres esse negat, quæ Sole perenni
Aestuat, algentesq; ęterno frigore zonas.
Nec mirum, desunt artes quæ facta per orbem,
Euulgent, famaq; viros interprete monstrent.
Quare age quid dubitas, tales conuertere in vsus,
Primæui breue uerævi, docilemq; iuuentam,
Annales euolue meos, proauitaq; gesta,
Nunc Italos etiam retro te confer in annos
Athletas Sophiæ duplicis rimare, Maronis
Ingenium, tulli linguam, præcepta Platonis
Numen Aristotelis, dominam quibus artibus Hellas,
Persida deiecit solio, quibus Hollada Roma
Romanos Hunni, nostrum genus, adde parentis
Abdita Naturæ, quid agant post corpora manes,
Vnde coruscíferæ nubes unde explicet auro,
Tres Iris uarios aduerso Sole colores.
Nunc & Smyrneo iuuet indulgere tecessu
Iratos quo melle linat, qua Pyrrhus ouarit
Indole, dum magno non degeneraret Achilli.
Neu vnquam Samius ferat in decliuia trames,
Nate nota nunquam puero monitore, sed annis
Vtere maturis; felix mihi crede iuuenta,
Consultor cuicunque senex, sed & integer ęui;
Siue throno sedeas, lare seu priuatus auito:
Consiliis, vsuq; tuum metire Senatum;
Si fore sancta cupit multo sene garriat aula.
Quod si te Virtus opera ad maiora uocarit,

1 Recta duce Virtute, & comitante secunda
Fortuna, neu certa Deum decreta refutes.
Mox ubi te matura uirum firmauerit ætas,
Plena tuis sensim pandet se occasio rebus;
Tunc fortes imiteris auos, & si qua probasti
Incipe tute sequi, & cunctis exemplar habetor.
Dulce sit in clypeo, uigiles producere noctes
Attegiis uitare niues, hyemare sub axe,
Ascensu montes fluuios euince natatu
Si siluæ obstiterint, siluas prosterne bipenni,
Si ualles supera saltu, si saxa uetabunt;
Saxa superfuso rumpes Pæni instar aceto;
Nec quocunque geres, sed noto milite bella,
Perspexit quem longa fides, atque aspera rerum
Magnanimum uidere prius, non futilis aula
Lydia namque silex, ut crimen adulteris auri,
Sic animos aduersa probat fortuna fideles.
Quin STEPHANI quod nũc patris arbitraria nomẽ,
Fortuito censura dedit, fatale fuisse
Re mox & uirtute proba, simul indue mente,
Magnanimem proauum, qui primus opima Tonanti,
Suspendit tumidumq; Notho Mahometon, & Euro
Verrentem Vngaricos centena remige fluctus.
Straus equeit, cum Threiicio uada sanguine uictor
Pæoniasq; repleuit aues, pepulitq; cruore
Flumina, corporibus ualles æquauit hiulcas.
Perge igitur dilectè puer, securus in astris,
Sic fuero, sic uate bees, patriamque, genusque,
Hoc pignus patris instar habe, sic Vngara crescet
Gloria,

Gloria,ſic diuus poſt fata vocabere votis ~~ſecundes~~.
Hæc genitor mandata dedit, natíque iuuentam
Sic flexit, teneros his artibus imbuit annos,
Ipſe ſacro iampridem hæres decretus olympo
Deſeruit terras,æternæque regna petiuit.
Siccine me uitæ in biuio, rudibuſque ſub annis
Deſtituis pendentem animi, fragilemque caducumq;
Ah nimium ſecure mei pater inclyte? qua iam
Tellure excipiar,quæ me in diſcrimina dedam
Nunc primum illatus mundo atq; ephemerus hoſpes,
Ille refert, uariiſque onerat conuexa querelis.
Dum dubitat uitamque rudis ſpeculatur ab omni
Cardine, diſtorquetq; animum in contraria curis,
Ecce duas Iuuenis non vno tramite cernit — Virtus, & voluptas.
Aduentare Deas; leuis altera & altera vultu
Pene uir eſt,neglecta comas ſuccincta lacertos,
Atque altum ingrediens, Hæc Virtus,illa Voluptas
Nomen habet, petulans nimis hæc & amabilis,illa
Hirta ſeuera,ſui ſimilis,cinxere ſorores
Hinc atque hinc latus enſiferum, præit heroinam
Caſta Pudicitia atque tenax Conſtantia recti,
Læua cana Fides, & honos, & Gloria uiuax,
Dextra Iuſtitia, & Pietas, & neſcia labi
Temperies, iudexque ſui Prudentia cinxit,
Pone Pudor, probitaſque comes, uolat innuba uirtus
In mediis, uultuque Deas ſuperemicat omnes.
Illa toro molli recubans & paſſa papillas
Idalios diſcincta ſinus & odoribus halans
Preſſit olorinis effulta ſedilia plumis

Aureo-

Aureolosque rosa parce interplexa capillos
Inuitat pętis oculis ad basia, molles
Mille uolant circum illecebræ, Veneresque, iocique
Mille pharetrati dominam comitantur amores.
Lora Libido regit, lateri genialis inhæret
Luxuries, Somni dulces & amasius Euan
Accubat in gremio, circumque pedissequa turba
Hinc iræ faciles, hinc personata simultas
Ebrietasque mero fætens, & bruta cupido,
Et torpor putris, & cornuta Superbia, & exlex
Ambitio, visusque salax, & Tactus adulter.
Mox ubi composito iuuenem penes ore resedit
Blanda ueneni fluo cœpit sermone Voluptas.

Voluptatis oratio

Ergo ne tam tristi iuuenis transmittis abusu
Ver æui, questuque Deos iniurius urges?
Liber es, indulge genio, curæque facessant,
Dum faciles anni, uitæque beatior ætas
Inuitant, en purpureæ rosa prima pudoris
En ut Acidalias spirant uaga lumina flammas,
Accede & nostro iam primum assuesce choreis
In gremio, me nuda Venus, Charitesque coronant,
Me comitatur heram iugi pax alma tenore.
Illa ego sum, cui tot uitæ tot secla laborant,
Dulcis odos æthræ, uenerabilis unio rerum,
Pax hominum qua Sol animat qua concipit orbis,
Conceptosque fouet fętus, ego misceo sacris
Coniugiis elementa, arcanaque fœdera iungo,
Quæ uarias postquam in species miscella redegit,
Hinc hominum uitę, hinc uolucrum, formęq; ferarum

Et

Et quæ marmorei uerrunt uada cærula Nerei
Sacra voluptatis, seruant rata fœdera Diuæ,
Hæc ne trux Virtus, & auarum diruat æuum,
Impleo ui grauida, & facundos insero rores,
Vnde tot annorum soboles, vnde inclyta gentis
Tu quoque Bathoreæ nondum matura propago,
Et genitus, geniture alios, sic consulo rebus
Fida altrix sic regna parens; propugno caduca:
Illa ego cui cœlum, furui cui regia Ditis,
Militiæq; ducum parent, cui belliger ensis:
Sarcula, rastra, bidens, falces, ligo, uomer, aratrum,
Pro me naui fragat, sulcat mercator abyssos,
Pro me Sidoniam sub tauro Iuppiter albo:
Fur rapit Europen, Asopida decipit igni,
Impluuio Danaen, & quid Ioue maius habetur.
Pascit Apollo gregem, Vulcania vincula Mauors,
Ludibriumq; Deum patitur, vaga Cynthia nudum,
Endymiona polo præfert, veteremq; cicadam
Dignatur roseo prægnans Aurora cubili.
Alcides infanda patrat, prorupit Auerno
Rex niger, ad Seras propter me ad Bactra cucurrit,
Magnus Alexander, pro me Pagasæus Iason:
Iussa subit fratris, metuendæq; vellera legit,
Nempe ut secura reliquum mihi uiueret aula.
A me quid gustat, tangit, uidet, olfacit, audit,
Vester habet sensus, fragilisq; tot organa uitæ.
Defugiesne bonũ, quod Dijq; hominesq; sequuntur?
Dum licet exulta, & præsentibus utere Diuis:
Dumq; anni fragiles, atque inuidiosa uetustas,

G Nondum

Nondum æui meliora rapit, mox fabula uulgi
Et ciuis & manes erimus, cassoq; queremur
Preteriisse dies & ademptum ætatis honorem.
Heu miseri, quos hoc breue uer in limine uitæ
Destituit iuuenes, ah quos temeraria virtus
Lancinat, ecquid honos etenim sine flore iuuentæ
Gloriolæque leues & futilis aura iuuabit?
Nonne fuit satius turba curisque solutos
Hic inter Veneres molli dare tempora ludo,
Quàm tot inexhaustos terræque marisque labores
Currere pręcipites & per discrimina mille
Virtutis fera iussa sequi, Nos uiuere longum,
Illa breues annos, nos lusus illa labores,
Nos requiem, ciet illa graue sine fine tumultus,
A me pax tranquilla uenit, securaque leti
Perpetuo florens ętas & gratior auro
Fax oculi & rosa dilectę diuturna iuuentę,
Æternumque uirens semperque aquilina senectus.
Heu quos hęc non heroas regesque, ducesque
Pręcipites tulit & uitę uiduauit honore,
Occidis in prima dulcis Pellęe iuuenta
Perpetuus Thetidis dolor, atque miserrima cura.
Heu ego quot pro te lacrymas charissime Palla
Quos finxi gemitus, cum paruus & immemor ęui
Immanem sequerere uirum, quibus ignibus ussi
Euryalum & Nisum tibi quas pulcherrime fudi
Parthenopęe preces, raperet cum prodiga uitę
Per medias uirtus acies, HęcTydea diuum,
Hęc Paulum Deciosq; duo & fulmina Romę
Sci-

Scipiadas leto dedit, hęc ne prisca retexam
Pannonios in aperta tulit discrimina patres.
Quis Lippam tumulum Vngarię, quis funera Varnę
Seriniumque trucem & Lossonci nobile pectus
Nesciat, ingentes animas, quibus exitus idem
Obtigit, ah si quis uetita modo surgat ab urna
Credo equidem sese nostris ultro inseret ulnis.
Tu quoq; quem in geminum bifidæ trahit optio uitæ
Me sequere actutum & nostra securus in aula
Virtutis ride furias, dum Martia clanget
Buccina, uel lentus molli tere tempora ludo
Vel Baccho Veneriue uaca, sine prælia Virtus
Desudet, frustra fleat, algeat, ęstuet, amens,
Adde iugum seruile lucri, si præmia cessent,
Languet iners uirtus, pretio se sordida librat,
Vis ego uirtutis, pro me metuitque doletque
Pro me in bella trahet superos, perrumpet Auernum
Axem humeris feret, atque Ioui furabitur ignem.
Carperet ut dulces tenera cum uirgine somnos
Pyrithous manes adiit, Bryseide rapta
Pelidæ uirtus hebes est, est digna Lacæna
Cui Danai duo lustra terant, cui Troia procumbat
Vt Phryges ut Rutulos patremque Lauinia bello
Inuoluat Venus est auctor lectusque iugalis
Mella Voluptatis per mille pericula uirtus
Dum sequitur Thuscum Romano sanguine Tybrim
Excidiis terras impleuit & æthera tabo.
Omne lucro facinus reditu metitur honestum
Hactenus est Virtus, Tu (si sapis) effuge nate

Vile minifterium, melioraq́; iuſſa capeſſe:
Dum licet, & noſtris facilem te cętibus infer.
Hæc memorat, nec eſſet adhuc, ni maſcula virtus
Concipiat ſenſim flammas, ſignumq́; furoris,
Admoueat dextram capulo, uix ſæua ferendo eſt
Verboſa maledicta Deę, pudibunda votauit
Ora rubor, dubitat putres, ne euiſceret artus
An conſanguinea uindex obturbet abyſſo:
Monſtrum importunum, crudo uix abſtinet enſe
Sæua manum, uix tela premit, uix uerbera differt.
Compoſuit vultum, & mixta Dea nobilis ira
Subiicit hęc parcens animis. Satin impia tandem
Magnanimum oppugnas iuuenem, dulcisq́; ueneni:
Egregiæ ualuere artes? Huc omnia confer
Monſtra Erebi, non Smyndiridas non Sardanapalos,
Non Parin illaqueas, iam iam ſcelerata faceſſe:
Heroos animos, & inexpugnabile tentas
Robur, & incoctum generoſo pectus honeſto.
Euge dicate Deo iuuenis quem protinus ortum
Excepi nutrice ſinu, ſparſumq́; ſalubri
Nectare, primęuo genitricis ab ubere raptum:
Lacte meo, tenerum ceu Pallas Erechthea foui.
Euge meus ſanguis ſoboles mea, noſce teipſum
Microtheon, ciuemq́; Dei, teq́; aſſere cœlo:
Hęc eſt Scylla uorax, hæc eſt Zanclæa Charybdis,
Iſta decennalis cauti Symplegas Vlyſſei
Hæc fallax Syren, monſtroſaq́; pocula Circes:
Hę Strophadum volucres, & auaræ philtra calypſus
Mæonium cape nate moly, ramumq́; Sibyllæ,
Eui-

Euigilet ratio, nunc cæris obstruat aures,
Democriti tenebris oculos, thorace trilici,
Cinge latus, proh felices quis tale trophæum,
Annuerit cœli fauor, & sine crimine uitæ.
Pauci equidem, quibus in biuio comes addita Virtus,
Tu sis ex paucis, nec te declinet euntem,
Culmen inaccessum, & dextra via lubrica rami:
Illa ego sum, non sanguis humi, non filia Ditis:
Sed cæli Dea, dux vitæ, vis ętheris almi
Nata Dei cerebro, rerum vigor igneus ille,
Qui mundi per operta meo, quo pulcher in axem
Posphoros hiberni rediens à limite circi;
Coniugis in gremium fæcundos impluit imbres
Aeris, ęternus fati tenor, aureus ille
Omni parente Deum pendens ex ęthere funis.
Quo pius Aeneas meritum, quo Liber adiuit,
Aethera, quo niueæ vernant duo germina Ledæ
Viuit Alexander, viget æternumq; vigebit,
Alcidæ decus, & memori iuuenescet ab ęuo.
Hi per inexhaustos, terræque, marisque labores:
Non Cypriæ castus, non te probrosa Voluptas,
Me sociam petiere sibi, nunc nectar odorum
Libant indigetes. Sed me uel sola tuetur
Maiorum pietas. Ego clari nominis Hunnos
Trans tot inaccessas alpes, Riphæaq; claustra
Contra Austros Zephyrumq; tuli, gentesq; quietis,
Effætas senio, suetumq; minoribus orbem
Inuadens Scythica tremefeci examine mundum;
Romanos domui non vno Marte monarchas.

Orbe flagellato, gentis ſecura ſubactæ,
Vngariæ natos optata ſede locaui.
Protinus heroum generoſa prole repleui,
Pæonas, vnde genus proauorum nate tuorum,
Per certos ad regna gradus ſceptrumq; vocaui:
Maturum cœlo patrem poſcentibus aſtris,
Mortali vita facili languore ſolutum:
Reſtitui ſuperis, & tali prole beaui.
Sic Almus ſic Bela parens, fulmenq; ſecundum
Auſonię Toxys, ſic creuit origine parua:
Tota retro ſeries patrum, ſic gloria vexit
Coruinos terrorem Aſiæ, ſtat Thuria Virtus
Et viget, & nullo tenebris damnabitur ęuo.
Quis te magne Dobo tacitum, aut te inuictè relinquet
Chyniſi, ingentes animas quas prouida Virtus.
Exemptas terra ciues tranſcripſit Olympo.
Ergo dolis abſiſtè ferox, & parce veneno,
Parce ſacris inimica, Deos cur ore nefando
Inceſtas, & teſte polo tua crimina fulcis?
Sed nil illicitum ſceleri, tu ſonte tonitru
Armaſti cœlum, & generi non parcere charæ
Mouiſti ſuperos, cuius ſub iure tenetur:
Quicquid ubique perit, cui nigri regia Ditis,
Tartareumq; chaos furuumq; miniſtrat inanę.
A te tot mortes terris iræq; Deorum,
Phthyſis atrox colicę in fames mutilęq; chiragrę
Et quos tu melius noſti cui talia curæ,
Gallicus Hiſpanus diri ſine nomine morbi.
Vt nullę ſine cęde domus ſine lite clientes,
Vt

Vt Troia vt Babylon, vt concidat alta Corinthus;
Vt Thebę, vt Spartæ, & venerabile nomen Athenę.
Te duce Phryx Helenen fur Ilion Hellade vexit
Sponſa maritales inceſtat, adultera tędas,
In pretiumq; dapes tactu transformat auaro
Te ſtimulante Midas, hominemq; paciſcitur auro.
Effodis omne latus terræ, cogisq; nefanda
Priuigno miſcere truces aconita nouercas.
Tu teneros ſcelerare mares, confundere ſexus
Illicitos ignoſce Pudor, ſi ferrea lingua,
Mille fluant voces, rigeat ſi pectus ahenum:
Parua loquar, potui ſatius tacuiſſe, nefasq;
Heraclyti ritu tacito comprendere luctu.
Heu miſeri, quibus in tale conuertit abuſus,
Ver æui glocypicra Venus, quos fæda voluptas:
Inuoluens tenebris vitę viduauit honore.
Effuge chare puer, dumq; inſidioſa voluptas,
Nondum ęui rapuit meliora, iter aſtrue cælo.
Nec te decipiant dubiæ ludibria ſortis,
Nunc ui, nunc opibus, vanoq; tumeſcere cenſu,
Conceſſum ſceleri, vt mundo grauiore ruina.
Omen eat, ſic inceſto dat ſanguine pœnas,
Aſpirans ad regna Nero, luit arbiter Idæ
Turpis, & à ſiniſtro Solis formoſus adulter,
Imperio mendacis aui, Romæq; potitus.
Tarquinio ęternum peperit cum prole voluptas,
Dedecus ultorem Virtus ad ſydera Brutum
Prouexit. Nunquam ſine me ſecura poteſtas
Quæſita eſt, toties quondam me præſide victor,

Vi ſenis unius terris pulſatur, & vndis:
Annibal, Auſonio tepefecit ſanguine Carras,
Fraude tua Craſſus, quæſitumq; ebibit aurum.
Tu facis vt pœnas vt vix credenda ſceleſtis,
Exquirant tormenta Dei cum fulmina deſint
Supplicio, quis enim Cyclops quæ flamma quis incus
Sat pœnæ ſceleri fabricet coguntur Auerna?
Iuſtitiæ complere modum, non ſufficit ingens
Iuppiter ad pœnas, his ſæui vulturis vnguis
Immortale iecur tundit fruſtratur at illos
Vnda fugax, hos futile vas, caſurave moles:
Hos reditura ſilex, orbiſve uolubilis urget;
Igneus hos Phlegethon flammanti ſulphure lambit,
Ah quam execrantur vitam, & conuicia ructant
Dira deis, vellentq; mori, ſed fata recuſant.
Et nunquam, & ſemper uiuunt non ulla dolores,
Horarum momenta leuant, his ſedibus illos,
Damnauit ſancti lex intemerata Tonantis.
Et merito me neglecta, te nempe ſecuti,
Proiecere animas vltro, non talia lucra
Stulti non tales habituri, me duce vitas.
I nunc, atque abſolue reos, i vincla Voluptas
Deme tuis, ſatia fallaci Tantalon unda,
Pelle Prometheas uolucres, Ixiona laxa,
Eripe anhelantem ſæua Salmonea flamma
Tratrinecas Danai nuptas caſſumq; laborem
Aeolidæ penſa requie, uideri hic quoque Virrus:
Quid ualeat, quantum, & terris dominetur, & orco
Nonne ego tot quondam pœnas miſerata tuorum,
Poſt

Post mare, post terras vt opem sentiret Auernus
Instructum claua Alcidem, vt cessit Amazon:
Vt leo, bos, sus, equus, cerua, hydra, auis, vmbra tricor-
Demisi ad inanes imos, tunc ille trifaucem (por
Cerberon obtriuit, religatum Thesea soluit,
Terruit, & nigrum sterili cum coniuge Regem.
Desine mendaci uirtutem incessere lingua,
Quod Regina fuit tercentum, atque amplius annis:
Pannonia armipotens, famamq; extendit Olympo
Autor erat Virtus. At postquam ignauia mentes
Dissoluit, sensimq; hominum communis Erinnys
Degener irrepsit pulsa Virtute Voluptas,
Propitij fulgere Dei, uix angulus unus
Virtuti cessit, putris omnia torpor habebat,
Regnabant Veneres, & tu tener Euie & ira,
Gnata Voluptatis, dissensio, iurgia, lites,
Hydraq; centenos diffuderat impia rictus.
Dum iugulis instat, dum trux quatit oppida Turca
Dum Nothon Auroramq; simul Solymannus ad arma
Euocat, ignauus molli cum milite princeps,
Pocula siccabat, marcentes cautior hostis
Oppressit, turpi Rex helluo mersus in vnda:
Ardua nostra via est, fateor, nec fallere nobis
Conuenit, ast ingens superat dispendia merces,
Et nosti vt nunquam paruo tam magna parentur
Conatu, si maternis hæsisset in ulnis,
Aeacides, si deliciis uxorius Hector
Fluxisset, si seruili neuisset in aula
Alcides, si non ingens errasset Vlysses,

Quis cineri superesset honos? vix nomen inane
Hæsisset terris, Iri, fratresq; gygantum,
Pulsassent bruto genitalem pectore tumbam.
Quare age iam in primis ô me mihi charior annis
Magne puer. Si te sancti reuerentia patris,
Si decus æternæ accendit uenerabile uitæ,
Me sequere, & tantis iam nunc sis ęmulus orsis.
Carpe breues æui flores, docilemq; premendo;
Finge animum donec rudis, & tractabilis ætas:
Mitescit facili cultu, ne deside somno,
Ne uano torpesce situ. Si bella requirat
Publica res primus suade, tu primus in armis
Appare, prospera lente cunctare sed ære,
Martia tunc dulces abrumpat buccina somnos,
Nec freta, nec scopulos, nec hiulci fulminis iras
Defuge pro populo, Meroes calcabis arenas
Solstitio, Bruma Scythiam, tropicosq; Triones.
Si par es celera pugnam, sin hostibus impar
Conatus elude suos, & castra salubri:
Pone loco uallo fossis, atque aggere muni,
Eque minus pugna, sæpe vt sine sanguine vincas,
Pons Coclis ars Fabij Muti te flamma docebit.
Vt sis inferior nullis, nec Marte, nec arte,
Maiores ęquare, pares superare labora,
Maior in aduersis niteas, & uince ferendo
Fortunam, in dubiis neu vnquam defice rebus.
Fata modum inuenient.
Seu te maturum regni ad fastigia tollam,
Seu priuatus eris, semper cum Pallade casta,

Me propone tibi, quod si te præside gentes,
Indigeant, accede Deis, & publica semper
Commoda mente tene, procul exitiosa voluptas
Absistat, fugiat luxus sapientia regnet.
Nilq; nisi sanctum sancta dominetur in aula.
Nunc tibi ne magni desit custodia patris;
Vtq; rudem possis imitando fingere uitam
Protinus ingentem Varadini antistitis aulam:
Ingredere hunc exemplar habe, & vice patris honora,
Dum teneras lanugo genas iuuenilis inumbret,
Eia igitur dilectè puer per sydera iuro,
Nil etenim mihi cum Stygiis, per & inclyta gesta
Pollicitis maiora dabo, virtutibus orbem
Explebo, inscribam superis eris indiges æthrę
Dixit, & amplexus pueri Dea læta petiuit
Dulcis, & in tenuem post basia vanuit auram.
At STEPHANVS magni fatalem Præsulis aulam
Ingreditur ducente Deo, certusq; futuri
Obfirmans duris animum, se cætibus infert
Heroum, & tantas docilis puer imbibit artes,
Maturam nec dum prodit lanugo iuuentam,
Qualis ab Oebalia respirans gymnade Pollux,
Flore genę iucundus adhuc, & puluere pulcher:
Qualis Olympiacam viridis petit Elin ephebus,
Primitiasq; Ioui uouet hoc apparuit ore
Troilos, & coma purpurei non saucia Nisi.
Quis Xenophon diuine tuos mihi tyro labores
Dinumeret: quæ lingua tuæ præconia uitæ,
Explicet? vt Martis paruus bellator anheli,

Cruda rudimenta in teneris exegeris annis.
O quoties iuuenis cunctis mirantibus vdo,
Contectus sagulo clypei æstiuauit in orbe,
Carpathiasq; niues, & iniqui flabra Bootæ.
Nil æstus hyemisuæ memor, nil imbris, & auræ
Pertulit vltra annos teneri tam prodigus ęui
Tam vitæ, per operta gelu securus agebat
Flumina cornipedem, pernox umbone ruebat
Studentes Aquilone niues, quam sæpe rotatum.
Aut Boreas, aut turbo furens, aut fulmen hiulcum,
In præceps egit iuuenem, aut impegit in vndas.
Illum etiam immanes vastæ per confraga rupis,
Expauere feræ; nocturna cubilia Fauni
Deseruere metu, vastos animosus hiatus
Transiluit, montes ascensu flumina nando:
Transmisit galeaq; caput, latus ægide fultus
Ridebat tumidas circum insanire procellas.
Quin aliis rigido cum vix hypocausta Decembri
Sufficerent hic femineci tundentibus Euris,
Danubium frangebat equo, tentoria fingit
Delicias, muliebre casis tectoue videri.
Sæpe graui motus pueri uice, & indole rara
Fregit inhumanas hyemes, fabrisq; p epercit
Aeolus; & miti tepefecit oriona fudo.
Montis innaccessi tumor, aui iniurius amnis
Obiecit rabiem, vel sicubi maxima vautes,
Dilecto genitrix fauit Natura labori
Ipsa suum correxit opus, parcensq; rigori
Iugera languenti deduxit atrocia cliuo,
Stagna

Stagna nouercali ficcata reſorbuit ore,
Deſtituit virides arenti in fonte Napæas.
Tabuerat ſi forte ſiti ſquallentibus aruis,
Fortunam miſerans uiuit, Deus atque repente
Non expectati ceciderunt nubibus amnes.
Nec Marti ſolum indulget, ſed iuncta timori
Creſcebat pietas, ſemper pendebat ab ore,
Diuini ſenis, hic tantum inſtillabat amorem
Virtutis cultusq; Dei ſic contulit ęuo,
Vt matutinus primæuus vdor in herbis.
Macte bonis animi iuuenis, te pulueris huius
Pœniteat nunquam, pretium non vile laboris;
Propoſuit certus fati tenor, interit ętas:
Prætereunt anni, pereunt, ſudorque, laborque,
Viuet at ęterni dos immortalis honoris;
Spiritus & cœli longæuum zeugma parentis,
Natali mens ducta polo, non lubrica merces.
Deliciis fluat ille ſuis aſarotica calcet,
Fæteat unguentis Erythræo dormiat oſtro;
Tu durare malis Hunnorum, more memento
Vellere pro vili terram mare luſtrat Iaſon,
Inuadit Strophadas caſſa mercede volucres.
Alcides, tenera pro virgine mollis Achilles,
Virgo fit, & tarpi mentitur plaſmate ſexum;
Te nec uile pecus, nec aues, nec turpe lupanar,
Sed charæ virtutis amor tot ineſſe coegit:
Tot ſupereſſe malis, nimirum Europa leuanda,
Hac ceruice fuit, veteriq; animanda nitore.
Mox vbi te genitrix poſt tot documenta recepit,
Curia,

Curia, ab Elysiis animam remeasse putabant
Coruini, tam diuino gaudebat auita
Successore domus, coeunt iuuenesq; senesque
Attonitæque nurus, ceu cum Phænica volucres
Assyriam uidere nouæ, festinat ab ortu
Ales ab occasu, coit omnis præpes & oscen
Huc uiduus turtur peregrinæq; currit hirundo,
Stant omnes mutæ circum & suspiria ducunt,
Non flet canus olos fratrem, conuitia cornix
Absorbet, philomela sacros interpolat hymnos
Eoæ gaudent dominæ micat hospita Phęnix
In mediis roseos ceruix cui Dædala cirros
Errore iradiat dulci, cui purpurat ore
Lætus honos, oculisque fluunt incendia rauis.
Nec satis est uultus rosei nitor igneus, intus
Pulchrior hospes erat, Virtus cum Pallade casta
Fingebant animum & memori tibi mente sedebant.
Quicquid habes reliquum bellis, causæque foroque
Studium Impendis studiis, Quicquid Romana uetustas
sapientiæ. Cecropiique tegunt patres rimaris, & orbi
Democriti risus, & sacra silentia magni
Pythagoræ, Heraclyti lacrymas, letumque Catonis
Et Cynici uas apricum, puteumque Cleanthis,
Perlegis immensi uenerabile dogma Platonis
Socraticamque domum, Si sint mage seria cordi
Voluis inaccessum Diui noctesque diesque
Flumen Aristotelis, Naturæque abdita lustrans
Eruis abstrusa ingeniti primordia mundi
Vnde fluant uitæ, unde citæ celer impetus æthræ
Vt

Vt leuis a centro conſurgere nititur aer,
Terreaque aduerſo ſuſpendit pondera niſu
Annua cur Solis, cur menſtrua functio Lunæ,
Cur Boreas abigat nubes, cur preparet Auſter
Cur pontus metas metuat traſire, uel unde
Parrhaſis occiduo, non mergitur urſa profundo:
Vnde draco, vnde faces, infauſtaq; barba Cometæ
Fulmina, nix, grando, procellæ, chaſmata uenti.
Vnde poli tenor æternus, genialis & ille
Aſtrorum ſonor, vnde anni & certiſſimus error
Ille planetarum. Quicquid Memphiticus Hermes
Chaldæi quæcunque tegunt myſteria uates
Excutis, his Graio Latium cum fonte leporem
Iſocratis iungis numeros, Demoſthenis alti
Eloquium, Liuij annales, abſcondita Plinij,
Plautinoſque ſales, terſi figmenta Terentij.
Perdius & pernox facunda volumina Tulli
Lecturiens chartæ indormis, feſſuſque legendo
Languida uix aperis laſſo quoque lumina lychno:
Mox tempeſtiuo laxans tot ſeria luſu
Vatibus indulges, quoties Pharſalica caſtra
Meoniumque ſenem, & diuinam Æneida uerſas
Ignibus herois ardes, miraris Achillem
Sternentem Phryges, & cælum clamore ruentem,
Vt pius Æneas, ut magni ſpiritus ingens
Hectoris aſſurgat contra Mauortis, & inſtar
Enſe metat ſontes animas, ut puppibus ignem
Immittat Danais, cedat ſeptemplice pelta
Bellipotens Aiax, vt ſæuiat igneus Hector

Pro

Aeſonidæ, non tela Cydon, Macedoue ſariſſam
Sic rotat, Herculeum ludus proſtrare Gygantem,
Et rapidum uolucri fluuium ſup erare natatu.
Quis ferat armatum, vel cum pedes exis in hoſtem,
Siue feri tu terga teris, pauet excita tellus
Gorgone terribilem iuncta radiare Gradiuum,
Quicquid & in magnum cõfinxit Homerus Vlyſſem.
Sin auguſta tui uultus effulſit imago
Dilecto nequeunt ſatiari lumina viſu
Præcipuè cum clade redux Arctoide viſis
Suſpenſam votis patriam, quæ gratia circum
Venali non empta fide, quot ubique fauores,
Et plauſus & inemptus amor, nec ficta voluntas.
Roſtra togatus adis, rigidoq; armatus honeſto
Inclyta commemoras ſub iudice facta ſenatu.
Regia ſic olim te Iulia uiderat Alba
Inuidia cum iam maior, liberq; nocentum
Per ſeptem ſolito graderere decentior urbes.
Quis tunc herois ſacro non arſit amore?
Atque parentali confudit gaudia luctu?
Lætitia fremuit fauor ętheris, almaq; mutum
Arriſit tellus, fluxerunt largius amnes
Mater & amplectens paſsis te Dacia portis
Marmoreum tibi ſtrauit iter, gauiſaq; nato
Ardua Carpathias diduxit ad oſtia fauces
Tota roſis halauit humus, non ſerta Napææ
Silua comas, Dryades lucos, non carmina ſacræ
Neglexitis aues, effætum patria curis
Depoſuit ſenium, atque nouo tibi fulſit honore.

Reditus ex Alemania

Vt noua iam thalamo venientem ſponſa maritum,
Cui caſtè ſeruatus Hymen, perterrita lætis
Inſolitum, dulciq; genas ſuffuſa rubore
Expectans, famulas inſtigat, & atria verrit.
Spargit odore toros, & ſuaue virentibus herbis
Errantes molli deducit pectine crines,
Iam tandem cui comat adeſt, ſtat ſedula nutrix,
Geſtibus informans, & anili murmure nuptam.
Adde tot interea ciuilis pondera uitæ,
Orator mittendus erat poſcente ſenatu,
Munus obit patrum iuuenis, res bella popoſcit,
Depoſita tulit arma toga, commune ruentis,
Natus in officium patriæ, rebusq; medela.
Vei Sed verſant maiora vei, triſtiſsima portat
Vincula Pannonia, & fædo cenſetur ab hoſte;
Hac ſine nil actum eſt, huic inclyta Dacia Regem:
Huic oſtende ducem, nunc defenſore Camillo,
Coruinisq; nouis opus eſt, huc omnia confer
Inſonium. Conſilia, & ſupera Matthiam defer ab arce.
Fortè ſoporatos iuuenis compreſſerat artus,
Blanda quies, nox cum terras obſcura teneret,
In ſomnis ecce Vngariæ lugubris imago,
Aſtitit ingentes obliquans ęgra querelas.
Non qualis patria Turcas obtriuerat haſta,
Nec qualis Borea quondam Zephyroq; ſubactis
Iura Scythis Medoq; dabat, mæſtiſſima texit,
Sanguineos nubes oculos, atque illa uerenda
Cæſaries neglecta iacet, crinemq; caducum
Squallor arat, flos ille genæ decor ille iuuentæ;

Sidereus perit ille uigor, iacet inclyta formæ
Gratia, nullus honos oris, nant lumina luctu,
Exossata cutis, tabent rubigine dentes,
Vox gracilis, tardi gressus, prohibente senecta
Vix titubans, fractamq; trahens in gloria parmam.
Matrem udi cinxere Dei, mæstissimus Ister,
Fluuiorum Deus Arctoum dominator aquarum
Et tristis Sauus, occiduos qui puluere fædo
Abscondit uultus, crinemq; obnubit arundo,
Et Dacus Samos, & Marysus Drauusq; bicornis,
Et Thracum toties tepefactus cæde Tibyscus.
Stant sociæ circum comites, hinc Illyris, illinc
Mysia Pannonicosq; exuta Bohemia ritus
Par habitus cunctis pariter mentita figura;
Hæc curtis saliens tunicis, & operta galero:
Attritas uix tecta nates, hanc Thracius ambit
Illam Itali mutilant habitus, & degener ensis
Vt primum affari potuit lacrymæq; quierunt
Sic prior. Agnoscisne meos puer unicè uultus,
Immemor ah nimium, nimiumq; oblite parentis.
Illa ego sum, ne chare meum ne horresce cruorem,
Illa ego sum quæ prima tuo cunabula patri:
Nate dedi, Regum quondam fæcunda creatrix
Pannonia, infelix hodie gentisq; nefandæ
Ludibrium, hunccine vos crudelis mater in vsum
Siccine progenui? per tot discrimina uitam
Exul, inops, in formis ago, uos uulnera matris
Vos siccis mea damna, genis mea uerbera nati
Negligitis, quæ uestra fides? ubi Dacia? tandem

Si locus est ullus lacrymis ad limina uestra
Confugio supplex mater, nom amplius oro
Vt uiuam, non ut Macedo, Thrax, Thessalus, Hellas
Me metuat: non ut gelidus mihi seruiat Atlas
Omnia perdidimus, sat erit si mater habebor
Atque pios uideam gemitus, flentesq; nepotes
Ad tumulum, chari hoc unum concedite nati
Si nil est uitæ reliquum, ne vilior vmbra
Descendam ad nigros infletaq; fabula manes.
Diues eram venis auri differta trophęis,
Bellipotens, populosa, ferax, formosa, beata
Ad Nothon à Borea mundo trepidante cucurri
Infensi ceu ira Dei, vindexq; flagellum
Non mare, non tellus uolucri, non obstitit Hunno
Romanus rerum dominus, non obice Rheni
Gallia tuta fuit, quicquid iacet inter Iberos,
Et Scythiam, quantum Gades Tanaisq; recedunt
Pannonium uectigal erat, me Cæsar vterque
Horrebat, straui Boream, deuexaq; Solis
Cumq, una ingruerent Alemanus, Sarmata, Turca
Tres Reges, tria castra simul, tria prælia uici
Terna trophæa tuli, meme pro pace pudenda
Rex Regum Mahometus adit telluris abunda
Diues eram, mihi messe Libys, atque area mundi
Aegyptus, mihi Cyrrha uiris, Methymna Lyæo
Diuitiis celebrat Iber, Oenotria gleba
Argos equis, Babylon opibus, Lacedæmon honore,
Attica temperie, Trax bello, Roma triumphis,
Vellere Ser, riuis Ide, uirtutibus Hellas,

Hybla fauis, Hermus, Pactolus, Chrysa, metallis
Impluuiumq; Rhodi, pinguis superabat auarum
Agricolam seges, & primam pellente secunda
Diues inexhausto manabat copia cornu.
Vbertas mea me miseram, mea uena peremit
Hostibus heu fœcunda fui, iam uertice cœlos
Pulsabam, numerosa saloq; soloque trophæa
Armipotente manu legeram, famamque per arma
Quæsieram terris & aquis, inuidit auara
Austria felices cursus, & lactea regni
Flumina quamque armis, & quam uirtute timebat
Fraudibus appetiit totosque huc contulit astus.
Pannonij quoties uerrebant Hellada remi
Surrexi quoties iurati miles Olympi
Threiicios abolere greges, hæc impia bella
Intulit absenti a tergo, furtisq; nefandis
Tam sanctum turbabat opus, præpostera uerti
Agmina, & ingentem inuita virtute Viennam
Prostraui, victos a stirpe euellere reges
Tunc potui, vixtrix opibus regnoque peperci
Heu nimium secura mei, commercia iungens
Arte noua incautam, atque alio circundedit astu.
Turbauit resides discordi semine natos,
Inq; sua armatos distraxit uiscera fratres.
Discessere odiis animi, ciuilibus armis
Occidimus, Trax fraternos compescuit enses
Pannonio medijs vicistis sanguine Turcæ.
Liuida iam mecum socias compone querelas
Et propriis satiare malis, nnnc Austria serua es

Quæ fueras Regina prius, famulamur vtræque,
Et trahimus commune iugum, ſpes noſtra, columenq́;
Vngarici cecidere duces, luis viuida pœnam
Faſtidita iaces, cenſeris, & vndiq; vallo
Anguſtata paues, hoſtes i punge propinquos,
Iamne tuos flatus, & nomina vana remittis?
Hic animis opus hic fuerat, depone ſuperba
Gloriolas, & pende nouum captiua tributum.
Vos quoque, quos heu heu exactio longa fatigat:
Chriſticolæ lugete pij; Cur Illyri curo
Myſia, cur ceſſas lacerata Liburnia planctus
Ingeminare tuos? aſſurge miſerrima matris
Fle lacrymas, vna occidimus, perit illa priorum
Maieſtas, vix Bathorea cum gente ſuperſtes
Dacia ſeruat adhuc veteris veſtigia regni.
Hæc vna eſt ſuprema ſalus, ò ſi mihi tantum
Filia des, matris toties miſerata querelas
Dacia, ne virtus exantlatiq́; labore
Diſpereant, maneat quiſquam de gente uetuſta
Bathoreus, mutum ad cinerem, tumbamq́; parentis:
Qui fleat, & memores nomen tranſmittat in annos.
Quod te per lacrymas, & per communia damna
Nate precôr, per ſi quid adhuc vitæve, neciſvè
Eſt ſuper, excluſam mundo ne deſere matrem:
Deme malis aliquid maternaq́; vulnera leui,
Sperandiq́; oſtende modum, ni fata recuſent.
Vel ſaltem miſerere mei, ſolare dolentem
Namque potes, melius te conſolante iacebo.
Iamq́; vale, video Eoæ Tithonides ignes


Ecce

Ecce dies, inuita tuo reditura nec vnquam
Soluor ab alloquio, lux est inimica pudori,
Dixit, & in tenues cum voce euanuit auras.
Tum primum exanimis Stephanũ circunſtetit horror,
Mater io iterat iuuenis da cernere vultus:
Siſte gradum, cura noſtro te ſubtrahis ore,
Illa abit, & fruſtra reuocantia verba refugit.



STEPHANV BASILIA.





RMATAS STEPHANI laudes, Riphæaq; bella,
Quem vatum Clio volucris, memor arbiter ęui
Quave iubes inflare tuba? nunc tota laborat
Thespia, vixq; tuus sic vnquam expalluit Aon.
Tu uis es uatum, Clio tibi furua uetustas
Concessa est. Da plus aliis Dea numinis, Vnum
Si pius est Helicon, si iustis Aone uotis
Durat honos, sic largus Hias, ęternaq; Cyrrha
Vatibus ambrosios sitientibus impluat haustus;
Annue dia mihi, nec enim nouus aduena sacras
Pulso fores, duce te primæua genethlia lusi,
Sit quoque fas sacro cinctam diademate frontem,
Bucolicis miscere iocis, sine paupere vena:
Primitias laudum emoduler, non horrida bella,
Non arctos, Scythiæq; iugum, me symbola grati
Elicuisse animi sit fas, Ades enthea virgo
Huc ades, & uirides mecum spatiare per hortos
Historiæ, timidumq; ignota per auia deduc
Aonas ad fontes, & flumina mellis Himetti.

Numen

Numen adeſt, audimur io, date cymbala vati
Sentio anhelantis Phæbæum pectoris œſtrum
Vaticinus venit ecce calor, fluc tibia carmen,
Eia chelys, quo mens quo ſpiritus vrget, eamus.
Ergo minæ cecidere poli, non caſſa piorum
Vota cadunt, flexit ſuperos Aſtræa nocentes
Ecce nouum pulſa, pandit ſe nube ſerenum,
Virtutiq; aperitur iter, diſcedite luctus:
Nunc inhonora rudi, tandem procede ſepulchro
Pannonis, effætæq; ſitum depone ſenectæ.
Curre rota meliore dies, Sol alme benignos,
Conſumptaq; colu ſcelerum, felicia Parcæ
Penſa neant. Sed te tua, ſeu Amphiſa moratur,
Siue ſacrum gelido permutas Aona Tempe,
Ne pigeat Clio tantarum exordia rerum
Ante ſequi. Septem trieteridas exul agebat:
Preſſa iugo triſti, & ſeruili enecta catena
Pannonis, ille Dei quondam pœnale flagellum
Mox fidei rigidus cuſtos quo vindice creuit,
Relligio, & tempſit Medas Europa pharetras,
Bellipotens odiis ciuilibus occubat Hunnus.
Nec minus Vngaricis victrix ſeſe Auſtria iactat,
Quæſitis ſine re titulis, peculatur utrunque
Turca latus, cunctante foro, conuentibus hoſtem,
A iugulis arcere, fateſt vanoq; Senatu:
I licet his obſeſſa malis, caſuq; propinquo — Tranſiluanię calamitas.
Dacia deiectos longo velut excita ſomno,
Attollens oculos, vicinis anxia fatis
Hæc ſecum. Quonam vſque premet ſeruilia colla
Triſte

Trifte iugum, Vngaricos quæ finiet hora labores?
Siccine Di merui? Tricefima voluitur ętas,
Supplicium crudele luit, premiturq; catenis
Pannonis heu mea chara parens, ego fida mentis
Europæ tutela diu, fulmenq; Getarum:
Collibus exiguis, & parua uallor arena
Carpathiæ faucis, quin ni Natura refiftat,
Iam tulerint ignes, hoftilis & haußerit enfis.
Certè ego felices annos diuturna uouebam:
Sceptra meis, & fpe curas folabar inani,
Cur mihi tam fallax, & tam breue fata dediftis,
Nequicquam folium, melius contenta pufillo
Pauperibus Scythiæ plauftris peritura latebam,
Ah quam difficile eft olim viguiffe beatam:
Nunc aduerfa pati, heu in quas defluximus umbras,
Heu quo decidimus, iam tandem ignofcite Diui,
Dum luimus commune nefas, & crimen auitum
Excedit vindicta modum, nimiumq; flagello
Caftigata perij, ter io miferabilis uror
Vror inexhauftum, quid agam, quo lumina flectam
Quos adeã, quibus ęgra quærar, quæ numina tẽtem,
O fi nunc veterum tantummodo virgula regum
Nutanti fuperet patriæ; Cur inuida fata
Egiftis dominæ deiectum mœnia Romę,
Semina tota patrum, fractis & degener hæres
Inftabat noftro fobolefcens Turca cruore.
Di quibus inuitis breui mitefcite tandem,
Tot lachrymis, an adhuc perftat fortuna rigori,
Aut tales abolete notas, aut fulmine veftro
Prima

Prima petat, quod si sacro, nec fulmine dignor
Quin aperitis humum, pronoq; inuoluor hiatu.
His agitur furiis, fatis irata Iouemque,
Conuitij citet ęgra reum, pertæsaq; damni
Deficiat: ni lapsa polo miserata querentem,
Libret humi sese Virtus, leuat vuida musco
Colla Samos veniente Dea, dat Atlantifer vmbras
Carpathus, arentes largum iubar erigit artus,
Tum tali tristes affatu demere curas.
Parce Deis vano contendere Dacia questu, Virtutis oratio.
Nec te Pannonici nequicquam innoxia casus
Lugendo fac esse ream, ceu sponte labantis
Dux steteris quotacunque rei, vel conscia noxæ;
Ipsa peregrinos dum sanguine fisa cooptat
Semiuiros ad sceptra, suo se culmine uertit
Pannonis, heu non ęqua mihi, nimiumq; secundo
Plaudentis blando fortunæ falsa fauore
Fata illi magnum imperium, regesq; beatos
Annuerant, sed abusa bonis, dum maior habetur
Maluit esse minor, poterat vel Roma, vel Hellas
Fortunæ monuisse uices, inopinaq; fati.
Illa pari delapsa throno, dum prodiga mundi
Nescio quos ad sceptra Getas, & Theuthonas effert:
Mancipiis hæc priuatis seruire coacta
Cunctorum Regina prius, dum fæta bonorum
Tuta putat quęcunque potest, sic ebria lætis
Prostituit sese leuitas, & credulus error,
Tu quoque sero tua nequicquam cauta ruina
Degeneres didisce pati te teste tyrannos

Pan-

Pannonis, externamq; fidem consuesce timere.
Felix si virtute viros non sanguine mensa
Vixisses contenta tuo, securior hoste
Quælibet est mihi crede fides: hac arte tot annos
Succubuit nulli respublica;virgo tyranno
Adriadum & matri laudum stetit æmula Romæ.
At tu quæ fueras donec stetit integra ceruix
Pannoniæ iurata comes succurre parenti
Nata uel inuitæ qua fas,humerisque benignis
Naufragij fragmenta leua, tibi debuit ortum
Debeat & vitam,meritoq; obstringe perenni.
Non est grata fides saluis afferre salutem
Sors benefacta probat. sic instaurante Camillo
Relliquias patriæ,melius collapsa reuixit
Roma uetus, pacis renouans effæta senectam.
Pannonios sic ante, graui turbante ruina,
Emicuit Coruina domus, te prouida nostri
Obice Carpathiæ sepsit Natura coronæ.
Eia Deo ducente præi, nunc prisca resumme
Acta patrum, arcanis egomet suffragia ducam
Viribus, & sancti condam me corde Senatus
Tu modo, quæ menti sedit sententia, disce.
Est iuuenis totam qui spe modo concipit Arcton
Bathoreæ lux vna domus, cui credita fato
Lapsa salus patriæ, ciuiles iniice curas:
His humeris: Sed quam timeo ne forte recuset,
Tam paruas, tam magnus opes, & temnat egenam;
At non is iuueni rigor est, terrere timentem
Maiestas proauita uetat, succurrere lapsæ,

Et

Et Virtus & Di ſubigent, audacter adito
Tam multis confiſa malis, & ſupplice fletu
Ante pedes proſtrata genu tunſoq; procumbens
Pectore, palantes defæda puluere canos.
Ergo age & ut pudibunda thoro ſurrexerit Eos
Rite Deum caſto ſacraria thure uaporans
Iuſtitio patres Albana ad mænia conci.
Sola dees cæptis agedum deſiſte uereri
Quid dubitas tali ſocia? mirabere corda
Iſmaria ceu tracta chely, tibi nectar hianti
Abſcondam cœleſte labris, & Neſtoreum mel.
Hæc ait, Albanaſq; uolans iter urget ad arces
Pax ſequitur quacunque ruit, micat igne coruſco
Regia, teſtatæ dominam rubuere curules
Icta Deæ zelo ſubita face curia fulſit.
Solus pampinea Stephanus tum forte ſum umbra
Pannoniæ curas ſecreta in ſede coquebat,
Cum ſubito trabeas regni faſceq; parentum
Præferri uidet & plauſus feruere benignos.
Obſtupuit primo obtutu, mox undiq; patrum
Circnnfudit ouans iuuenem chorus, undiq; miles
Agglomerans dominum ſubmiſſo poplite adorat.
Hic ueneranda ſenum facies, hic purpura ſupplex
Obliquat cum uoce pedes, hunc ſepta domorum
Hunc urbes, fora templa lares & rura loquuntur.
Fatali inuitant ſolio, grauitate modeſta
Renuit hic faſces, & onuſtos temnit honores
Flent miſeri, tenduntq; manus miſeratur & heros
Excuſſæq; uiro lacrymæ, ſubit exulis umbra

Stephanus Princeps Trãſiluaniæ.

Panno-

Pannoniæ, Pietas, dolor, atque domeſtica damna
Inuictum fregere animum, Virtuſque fatigans.
Concedit fato, & patriam ſpe diuite complet.
Ilicet æterno ſoluit ſe Dacia luctu,
Atrati periere dies Metanæa recedit
Roſtra fremunt votis, reſonant proſcenia plauſu,
Luxuriant querceta fauis, Aſtræa relinquens
Autumni portas, innoxia ſecla reformat,
Qui prius afflictę damnarant tædia uitæ
Iam gaudent uixiſſe ſenes, iam virgo reuiſit
Libertas populos, Pietas, caſtæque ſorores
Deſeruere populos, placidaque impune per urbes
Diſcurrunt, hymnis & dulciſono modulatu
Hiſcit humus, ueteres Clementia mitigat iras
Pax hebetat gladios, triſtes Sapientia Muſas
Excitat e tenebris, Virtus & gloria magnis
Heroos acuunt animos, Concordia regnat
Impia carnificis ceſſant augmenta tributi.
Ipſa ſeneſcentes alta ceruice Iuuentas
Inſtaurat leges, Probitas cum fratre pudore,
Paxque parens, & cana fides, & gratia nuda
Plaudunt per populos, iterum uetus aurea cudit
Secula Saturnus, rurſum rediere triumphi
Coruini patris, & terſa rubigine putri
Armipotens priſcis infloruit artibus Hunnus.
Vt Phaethontæa relegens monimenta ruinę,
Et laceros Sol toruus equos, poſtquam egit herili
Infrenem Pyroenta manu, natique recepit
Lora parens, iterum caſta illa modeſtia cœli

Lege

Lege meat, tenor ille tener pulchriq; uolatus
Confusi redicre poli, refouetque caducas
Temperies arcana animas, discordia rursus
Fœdus amat elementa suum, sic pristinus ille
Bathoreo moderante nitor, patriæq; reuixit
Deplorata salus, hanc læsi uulnera regni
Poscebant curam, talique medente cicatrix
Consolidanda fuit. Sed quid fera frendit Erinnys?
Bella cit & sancta macet importuna quiete
Virtuti comes est liuor, patrięq; tibique
Iamdudum furiata nocens coquit Austria uirus.
Surge heros inuicte, tua nec abutere sorte, Bellum Alemannicũ ad Szẽtpalum.
Sis autor qui rector eras, arcana reuela
Dona Dei, mundoq; latens age luceat ignis.
Illustrant fortes rerum aspera, deme tenebras
Solis honos nullus, desit sua gratia luci,
Purior in tenebris radiat, sic obice rupis
Fortior est obstante Nothus, nec nauita solers
Composito mitiuè mari, nec militis alta
Pace patet uirtus, pyratica Laurea Magnum
Non toga nobilitat, Sarrana Scipio clade
Plus meruit quàm pace Cato, quàm Scęuola lingua
Deme uiro iuuenem Clio paulisper oliuam
Bellica præuelet uictricia tempora laurus
Tertia mox viridi succedat at aurea lauro.

Lęta triumphabat rediuiua Dacia pace
Cum memor antiquum cælans sub pectore uulnus
Austria sic. Adeone vetus mihi torpuit ira,
Vt nunquam inuideam? furtis en eruta nostris

Dacia

Dacia crescit adhuc, viresque resummit auitas:
O gens inuisa & votis contraria nostris
Suspectum o semper mihi Transiluania nomen,
Pannonis est quæ maior erat, vel Marte vel arte
Auspiciis subuersa meis, uiuacior hydra
Hæc superest, crescitque malis, quin proh pudor auro
Vi potitur regniq; bonis, Ego solius hæres
Nominis, illa rei, titulos ego venor inanes.
O felix fortuna prior, qua nixa solebam
Nunc Celtas, nunc Ausonios turbare Quirites,
Nunc gentes alias quascunque inimica propinquas
Sors dedit, at crescunt, & pace fruuntur opima
Proh dolor en iterum, nostriq; impune paratus
Absistunt, Sed non adeo uetus excidit ira
Austria viuit adhuc gentesque timete beatæ
Tuq; superba nouo duce Transiluania faxo
Faxo non longum parta lætabere pace
Ferro iterum flammæq; sequar non sæua quiescam
Donec eris, tecumq; simul mea desinet ira.
Æstuat impatiens & plurima mente uolutat
Fingit multa sibi, hinc Hunnorum copula fratrum
Cognatiq; duces, illinc Mauortia magni
Matthiæ uirtus agit & prostrata Vienna
Et diadema duplex, huc illuc diuidit amens
Consilia, occultet nè dolos, manifesta nè bella
Induat, & Marti sese committat aprico.
Displicet hoc, nugas STEPHANVS cõtemnit auiles
Fortibus assuetus, totq; innutritus auorum
Exemplis, cælare dolos & uincere furto

Apparat,

Apparat, & totum exhaurit delectibus Istrum.
Ergo ubi successit facinus, technæq; repertę,
Opprimit incautos inopino milite fines
Vt cum duratea conscendens Hellas in aluo
Lassa decennali fraudauit Pergama lucta.
Auditis stupuit Stephanus, nil Marte piandum
Admisit, culpæ nil mens innoxia conscit.
Ergo pia causa Diuisq; instructa secundis
Castra mouet serus uindex, iubet obuia ferri
Signa, sarissatamq; effudit ad ęquora pubem:
Tum litui crepuere truces, diffulgurat alte
Romuleusq; it ad astra tridens, fluit undique bello
Vngara uis, coryton atrox & tela Valachus
Felle linit, denso stipantur milite signa
Clamor it, ardentesq; ducem sepsere manipli.
Tam cito uix prægnans custodes uelleris aurei
Natali genuit tellus sata ferrea gleba,
Quam Stephanum cinxere sui, dat nomina miles
Obsequio feruent proceres, ipse arduus aureo
Ense rubens eques, & generosa nubilus ira
Fulminat huc illuc, ueluti cum fratre retruso
Sublustris tremulum Lunæ iubar errat in umbris.
 Ad iuga forte truces patrio Gradiuus in Hæmo
Threiicia gelidam sparsurus Persida cæde
In bellum comebat equos, trux cassida crinit
Hirsuti Formido Dei. Furor ęgida terget
Indomitum redimit ferrata cyclade pectus
Fratris Enyo feri, nutus obseruat heriles
Ira rubens albusq; Pauor, nec cætera desunt

Numina, deserta uenit Marathonide Pallas,
Et nemorum Latona potens, Virtusq; sodalis,
Et tria tabe natant, aures exsurdat hiulcas
Clamor inhumana feruet fera regia rixa,
Miratur varios Virtus stupefacta tumultus,
Ensibus impactos enses, vaga gliscit ubique
Seditio, creperiq; metus, Mors arbiter atris
Procubat in foribus uix fert animosa uirago
Frendentes immane minas, quin uerbera libret
Ni Pudor obsistat virgo, dum Marte morante
Bellica crudeli contentio murmurat ęde
Fama trucem, iussu Iouis, alipes, irruit aulam.
Fama ad Martem. Aduentu tacuere minę, nouitasq; furores
Composuit, mutæ presserunt iurgia rixæ.
Illa refert. Sic te Bellis hominumq; Deumq;
Præfecit pater? infestis premit Austria signis
Dacicolas Gradiue tuos, tu mixte Deabus
Forsitan aut choreas quatis, aut spectacula cœli
Mulcibello fallente paras, absiste morari
Prorue & Vngaricis fer opem expectate minis.
Nec dubita, nam testis ego, neu nuncia fera
Incuses, non bulla dedit, non tessera signum
Nescio quæ stulto bellis impegit Erinnys.
Turbati stupuere Dei, pater ilicet ipse
Horrendum torua spirans sub casside Mauors
Sic infit, dicente Deo silet Hebrus & Euri
Martis oratio. Et celeres posuere Nothi, non sibi lat Hæmus.
Discite damnosæ gentes non fidere paci,
Bella quibus mortesq; fauent, & crescitis armis

Hac

Hac vice fata meant, nostri quæcunque labores,
Et gladij deperere truces, pax ęmula delet.
Coge sub imperium bello mare, sidera, terras.
Si cesses, & pace animos hebes ira remittat
Fis uulgus, bellis emitur, bellisq́; perennat
Imperium, quin ipse poli Rex Iuppiter olim,
Non nisi deiecto possederat ęthera patre.
Ecce mei Thraces bello peperere tenentq́;
Quantum non audax Macedo, non aspera Persis
Non Medi videre suum, gentemq́; tuebor
Donec ad ignauam soluat pax pigra quietem.
En qui uictrices aquilas utroque sub axe
Romani mea progenies per bella tulerunt
Desidis ingrati sectantes otia uitæ:
Principia heu iterum refluunt in parua. Sed & tu
Hunne meus sanguis uictricia nonne per arma
Ardua deiectis scandens Capitolia Gotthis
Supplicis ante pedes uidisti colla Senatus:
Et nunc ecce tuos uix ausi cernere uultus
Bella cient, ego si ueniam: sed mitto furorem
I Virtus, en cornipedem, non ocyor ullus
Hoc belliue, domiue meo stabulatur in Hæmo: Virtus in auxiliū decernitur.
Huic consanguineus qui me uehit, heus age Terror
Huc aduerte ferum, uiden'ut stat, & ut pede plaudit.
Ambo pares animis uniusq́; indolis ambo
Et Borea de patre sati, illi nomen Aello
Huic Pyrous, uis alterutrum, sed pronior ille
Quod si tela micent strictos diuerberat enses
Sicubi fræna cites rapidos pede præterit Euros,

Eia bonis auibus Virtus, ego Perfida visam,
Tu sat eris Dacas anima, dispone maniplos
Signa fer ipsa manu Lunataq; cornua diduc,
Fac peditem præcedat eques, pugnamq; lacessat,
Pone pedes quadratus erit, mox tertius ordo
Tetrarchas primosq; ducum regniq; Quirites
Atque cor imperij Regem uehat, hunc age densæ
Heroum soboles, & inexpugnabile uallet
Munimen peditum, ut quisq; est acerrimus armis
Prima terat belli, rudes sistat ad ultima uulgus.
Et meministin'adhuc qua struxerat arte phalanges
Coruino comitante truci, sæuissimus armis
Pannoniis Iagellonides, cum impegit in ortus
Corniger Hebre tuos Rhodopes iuga fregit & Hellē.
Non illum Mahometus atrox, non noster Amurath
Sustinuit, discessit Athos, tremere Ismara vidi,
Canaq; degeneres horrescere flumina uenas.
Non unquam tanta rubuit face Posphoros Hæmus
Puniceo niueos infecit sanguine cycnos
Strymon & insolitos tremefecit purpura pisces.
His & tu dispone modis hac lege cohortes,
Neu obnube ducem, quid enim cum nube feroci
Vt timidum Cythereia Phrygem, sed tela mentis
Dirige, nunc obtende nepas, nunc ægide uela,
Sed quid necto moras, sunto tibi cætera curæ
I cita, uix unquam tanto illi ueneris usu.
Virtutis ad castra profectio. Hæc ait & tortæ uelocior impete fundæ
Deserit Æmathiam, & Solis se uertit ad ortus.
Paruit haud inuita Deo, gauisaq; Virtus

Officio uenisse locum, pernicior Euro
Suda volans rapido luctantia sulcat hiatu.
Abscondit Rhodope iuga, Parnasusq; biuertex
Læua trux Macedo, dextra se Thessalus abdit,
Erigit excelsus plaustrum Brumale Bootes,
Iam Mysus, iam se Traiana Nicopolis effert,
Mox & odoriferi raduntur stagna Caici.
Ergo ubi uecta Nothis iusso stetit ęquore virgo,
Heroâmq; suum media inter millia lustrat,
Augustam agnouit faciem, licet addita sacri
Dissimulet notum maiestas oris honorem
Currit in amplexus, perque oscula numen inhalat,
Sic etiam præfata duci, Salue Vngara uere
Gloria, te propter cœlos atque vltima trano Salutatio Virtutis.
Terrarum, nosco natas ad maxima vires.
Vicisti spem nate meam, nunc ardua mente
Aggredere indomita, latum qua ingentibus orsis
Gloria pandit iter; Sicula tibi Mulciber Aetna
Ingentem excudit centenis follibus hastam,
Noctem addens operæ, non tu Theti carula qualem
Non emit Venus Aeneæ, vi nempe coactus
Non prece, non lecti pretio, si fata tulissent
Te citius, sponte Ismarias iuisset ad arces
Vngarus & uersis lugeres Thracia fatis.
Mox ad Hyperboreos axes, Tanaimq; rebellem
Victricem molire tubam, per limen utrunque
Defensum te nate dabo, per inhospita ducam
Euxini, pronoq; sequar mucrone Gelonum,
Plura libet, sed ne fortunam & fata moretur

Paulisper uenerata uirum Pyroenta iugalem
Iussa duci galeamq; patris dat, & ęgide nubit.
Comit equum, galeamq; iubat præcrinit equina
Digerit ardentes ęqua in statiua maniplos
Iustitiæ fauere Dei, vix classica prima
Turbales tonuere tubæ, uix unus, & alter
Cornipes exsiluit spatiis, Alemannica pubes
Romulei ut primum contra micuere tridentes
Terga dat, vtq; leues stipulæ, crepantibus Euris
In tenues abeunt prunas, sic nigra repente
Absumpta est acies, unaq; euanuit hora.
Victoria Stephani. Desine magnanimos furtis incessere liuor
Securum sceleri nihil est, uigil omnia lustrat
Sobrietas procul. En alieni raptor iniquus
Raptus es in uolucres, & nusquam, & ubiq; sepultus.
Dicite Carpathiæ fauces crudelia busta
Teuthonię, quanta tepefiant cæde nouales
Quo Pesti, quo damna rogo, Temesina piantur.
Non queror humanis albentes ossibus Albas.
Tandem ciuiles par uictima mitigat umbras
Non Hadadum, totos peregrina cadauera colles
Texerunt, & flumineas cruor aduena moles
Impulit, Austriacis incanuit ossibus herba.
Ipsa cruentata desudans cuspide Virtus
Per coaceruatos patratæ stragis aceruos
Iuit ouans, duxitq; ducem, pars maxima belli
Sanguine consumpto districtos condidit enses
Omnis & inuisum sitiens redit hasta cruorem.
Hibernus per tesqua leo, ceu forte pauentem

Con-

Conſpexit cupream, rabie ſtimulante fameque
Occupat, & paruos iram tamen explet in artus.
Sanguinis horrendos ęſtus, ferriq. furorem
Teſtatur Samus & Maryſus, quos horridus alueo
Diſcludens uetitos belli cruor egit in amnes.
Quis credat? quoſcunque truci ſeruauit ab enſe
Cura pij ducis, hos dono locuplete refectos
Reſtituit patriæ indemnes, iurataq; caſtra
In cineres iugulumq; ſuum, ſic nobilis ira,
Magnanimus ſic urget honos, per tela, per enſes
Protexit clypeo, & letalem militis ictum
Excepit, meritaq; hoſtes à morte redemit.
Ecquis erit Brutus, Stephani qui ſceptra recuſet?
Quiſve Cato te Rege Regi ſeruile putabit?
Ante preces offers ueniam, qui diligit hoſtem
Quid faciet ciui? parcit qui ſontibus ultro
Lædetne immeritos? qui uult ſeruare nocentes,
Defendetue ſuos? hoc iudice creſcite leges,
Viuite uirtutes, adoleſce ſcientia, Muſæ
Surgite, procedant artes, reuiuiſcite iura
Turpis ab innocua fugiat procul ambitus aula.
Et iam fama uiri totum uulgata per orbem
Emerita, ęternos iter affectabat ad ignes.
Sat ſecura ſui, patriam charoſq; penates
Expleuit meritis, populos ad iura redegit.
Imperio prior ordo redit, iam curia patres
Vallat, & inuento gaudent lictore ſecures.
Cedunt arma togę, uis legibus, ultio crimen
Non præit, inuitum nil eſt, iniuria rara

Noxa silet, crudæ compressa licentia morti.
Ius unum est cunctis, vrbes, fora, compita, villæ
Festa pace uirent, gaudet tranquillus arator
Palmite iam uites, farra iuuenescere sulcos
Nil hostile timet pastor, nec Turcica collo
Lora, sed aprici recubans sub fornice saxi,
Aut simplex melos, aut ueteres syringe labores
Iubilat, aut securus humi furumq; luporumq;
Exigit optatos tranquilla per otia Soles,
Quæ modo solicito uix respirabat ab hoste
Pannonis indulget genio, & cum ferrea currat
Secla aliis, huic lęta net aurea tempora Clotho,
Quin etiam huc magni terrarum ex omnibus oris
Gauisum Venere viri, quos aurea lassos
Pax iuuat, & longi presserunt tędia Martis,
Sedibus ut saltem, & communi pace uirerent.
O hominum communis amor, te Thraces adorant
Ante feri, nunc mite genus, te pręside gaudent
Contenti nihilo, aut quauis mercede beati,
Scilicet omnis honos clarus sub principe claro.
O quot ab occasu gentes Boreaq; niuali
Te dominum petiere sibi, sed fata recusant,
Magnorum genitrix Arctoa Polonia Regum,
Hæc illa est fatalis humus, requiescite gentes
Quas Stephani pius augit amor, non omnibus unus
Natus erat populis, finite incita currere fata.
Voluerat interea fatalem Phosphoros horam
Bellipotens populi, quę Sarmatis orba patrono
Versabat curas animo, cui sceptra dicaret

Quo duce tuta foret, nec erat diſcernere promptum
Legitimæ ueterum conſumpto ſanguine regum
Libertas quæ uirgo patres ad fata uocaret.
Nec longo mora iuſtitio, confine propinquum
Hoſticus urget eques, hinc interregna cruentus
Excidio Moſchus quatit, hinc pharetratus adurget
Tartarus, inde Getes, illinc inſultat Alanus.
Sicut oues fretæ quondam paſtore fideli
Mulcebant pingues lętis balatibus agros
Sorte ſalus ouium ſi mox occumbat iniqua
Dilectus pecoris cuſtos, muteſcit ouile.
Non fluit arenti diues mulſura papilla
Sueta uec ulterius plaudunt per rura gregatæ
Non paſtu inuigilant, ſeptæ ſed hiantibus urſis
Nocte diem noctemq; die præſepibus imis
Submiſſæ capita inter ſe metuuntq; uocantq;
Talis erat populi cuſtode carentis imago,
Rege opus eſt, qui non ignaua deſes in umbra
Otia lenta terat, nec qui mulieribus intus
Dedat ſe illecebris, ſuetus cura exule totos
Indormire dies, ſed qui fera belliger arma
Induat & patrios propugnet cuſpide fines.
Ergo tribunitia permiſtus plebe Senatus, Conſultatio Polonorū.
Rite freques examen init, ſuffragia ducunt
Sortibus & uerſat cenſores urna lapillos.
Hos opibus, bellis alios, aut ſtemmate nudo
Diſcernit priuatus honos, hos gratia formæ
Conciliat, nil dum ſatis eſt, ſit Pallas in armis.
Mercurius ſit in eloquio, Gradiuus in hoſte

Iuppiter

Iuppiter in populo, quem non diuisa decoret,
Sed collecta beet uirtus, Nunc consule laudi
Sarmata, nunc ueteres animos & robur auitum
Nunc tete si quando proba, quid degener ambis
Fæmineos aulæ pueros, & limina regum,
Fide Deis, toto quem protinus orbe coemptum
Sponte uoles est in mediis, non uilis ephebus
nec temne Sed uirtus censenda tibi, ne temne Deique
Deorum Præsagos monitus omenq; uocantis Olympi.
Est gelido sub Atlante locus, qua Thessalus atrum
Semifer Aemonio deterret scorpion arcu,
Diues agris, prægnans populo, trux accolit Hunnus
Dacia nomen habet. Boreæ notissima tellus.
Huc id agente Deo iamdudum te auguris æthræ
Signa uocant, nunquam tanta se lampade cælum
Induit, atque hilares cecinere tot omina cycni.
Visus & odrysium taurus prostrasse leonem.
Neu ostenta Deum dubia te ambage morentur,
Hæccine tuta fides, quem non numerosior hostis,
Non montes fluuiiq; ferent, non ensis & ignes
Hic tibi fatalis, Vultus neu Sole perustos
Neue saturatas hostili sanguine uestes
Tempora nec grauibus contemne rigentia rugis
Tabida neu pluuiis perfossaq; cuspide crebra
Et rabido uexilla Notho, crinemq; madentem,
Scilicet illa nouam patriæ paritura salutem
Per uarios casus, per mille pericula rerum
Perq; tot exercenda fuit fortuna ruinas.
Illa laborantes mediis ex faucibus hostis

Asseruit

Afferuit populos, plus eft fuccurrere lapfæ;
Quam firmæ mihi crede rei, non falua Camillo
Roma tulit, fed capta decus, Coruina perennat
Gloria, non acres fæuo quod Marte Bohemos
Pannonia uirtute domat, fed regis egenæ
Quod patriæ fufcepit onus, priuatus adiuit
Bella, dealbauitq; humanis offibus Albam.
Extorrem fic Roma Numam, legefq; feueræ
Optauere fuum, fic libertate iubente
Durus ab arenti lectus dictator aratro.
Et tibi magnanimos uenit dum gloria bello
Non teneræ Babylonos opes, non Lydia penfa
Non facies lita pigmento, ceruffaq; uilis,
Raftra dabant & aratra duces, callufq; laborq;
Et fudoriferis detrita ligonibus arua.
Talem te genitrix Bolelae Polonia uidit
A cunis patrios implentem protinus arcus
Vitoldi genus egregium fortefq; Iagellos,
Perge fequi fuperos, non unquam forte fodali
Indiguit Virtus, nec te fortiffime Princeps
Tædeat incepti, fatis accede, quid hæres?
Da ueniam dubiis, necdum te nouimus omnes,
Mox aderit, cum cęruleo bellator ab axe
Hæniochos Chæofq; fagittiferumq; Gelonum
Biftonas & triplici fufos certamine Mofchos
Turbinis inftar agens tota uenerabilis Arcto
Ibis eques uictor Boreæ, uindexq; tuorum.
Di patrij quibus omnipotens obtemperat æther,
Sic uobis elementa, parens ita pareat orbis

Ne decus hoc unum fessis abscondite rebus,
Diq́, Deæq; poli succurrite, numine quorum
Iura, potestatesq́; fluunt terræq; marisq́ue.
Vixerimus steriles, & sors illuserit ægris
Fas habeat sperare diem, rediuaq; sceptra.
Audior, en toto suffragia læta Senatu.
Conspirant autore Deo, noua gratia cælis
Afflat & arcano compleri numine nomen.
Necdum intellectæ laudes, assensus honores
Abscidit, examenq; noui rupere fauores.
Extemplo lectos centum placet ire Quirites,
Cum sceptro qui iusta ferant mandata Senatus,
Ne mora tam sanctos turbet dilata paratus,
Stephanus Rex Poloniæ. Forte suas ad iura tribus de more uetusto
Castra recensebant septem, cum murmure grato
Regia compleri, passas Albana iuuentus
Gauisum fluuit ad portas, & læta nouorum
Aula fremit uotis, accensa palatia plausu,
Era sonant, uideas cælo tormenta rotari
Clangentesq; tubas, psalteria, cymbala, nabla,
Euge beata dies, totiq; salutifer Arcto
Tu desolatas feris, cultoribus urbes
Restituis, tu putre situ squallente reducis
Ius atauum, & strictos remoues ceruicibus enses,
Euge dies genialis, io iterate Napææ,
Mella ferant quercus, uino fluat ebrius Ister,
Sudent irriguæ redolentia balsama uenæ.
Libera Saturno sic est gauisa fugato
Machina, cum cæli regem, mundiq; monarcham
Elegit

Elegit Natura Iouem, diademaq; magnum
Imposuit paruo capiti, consulta uerendis
Subscribunt elementa Deis, consentit & æther
Iam Deus immensum terret tam paruus Olympum
Astra rotat nutu, delet caua nubila risu
Terra supercilium ægiochi formidat ephebi.
Dicitur ipse sacer tanti præsagus honoris
Lacte nouo tumuisse Samos, risisse sepulchro
Coruini cineres,, fulmenq; uolasse sinistrum.
Fama rei tantæ Boream transuecta niualem
Afflauit zephyros & limen ad usque natantis
Subsistens terræ peregrini Gadibus hæsit
Amphitryoniadę, qua stagna reciproca Thetys
Euomit in præceps, aliumq; illatrat in orbem.
Pigra gelu torpebat hyems, cum læta Bootem
Inuasere cohors, qua se vetus explicat Arcto
Mysia, ceu æstiua grues cum Thracia linquunt
Strymonos, & longo describunt aera nexu.

Forte foros cœli Diuum compleuerat ordo
Spectandi excitus studio, terrasq; tenebat,
Cum pater omnipotens, rerum cui maxima curæ;
Obseruans regem placido sic ore profatur.
Ecce pios cętus, hominumq; simillima nostri
Concilia, extantemq; mei instar ab agmine regem,
Exi fide vigil, Cyllenide pectora virga
Tranquilla, atque nouos mortalibus inde fauores
Hospitio accipiant numen, tibi lactea fandi
Copia, parq; data est per limen vtrunque potestas:
Paruit hic, iussasque viam molitur ad Arctos,

Iouis oratio, & legatio Mercurij.

Ille

Ille coruſcanti ferit Acroceraunia telo,
Omen, & ingentem tonitru tremefecit Olympum.
Parua Iouis iuſſu venienti ſidera Diuo
Aſſultant, tepet hibernum mollita rigorem
Mitis hyems, quin pigra prius iam lætior Arctos
Plauſtra rotat, choreiſq; vagantia prouocat aſtra.
In Boream parcente polo flexere meatus
Errantes fixiq; Dei, dat ſuda ſerenus
Aer alma, nouum pubenti germine fætat.
Terra ſuum venerata ducem, demitq; rigori.
Omnis in occurſum fluit, exultatq; caterua
Viſendi ſtudio matres caſtæq; pudorem
Neglexere nurus, mixtæq; impune maritis
Feſtinant, ſpargunt flores, plauduntque choreas
Sacra canunt, taliq; ducem Pæane ſalutant
Submiſſa poplites. Vt te fortiſſime regum
Defeſſæ excipimus, tu nobis ſecla reformas
Aurea, neglectaſq; doces reuireſcere laurus.
Accipe Sarmatici quæ donatiua tulerunt
Regna duces, rege fatales rex ſoſpes habenas
Perpetuuſq; tuis ſuccede pennatibus hæres.
Nunc age Pyrrhæa procedat Atlantifer Oeta
Alcides, inſignis apro, monſtriſq; nouercæ,
Troius Æneas & Troiæ uictor Achilles,
Natus vterque Dea, & fratus cœleſtibus armis.
Non inimica tibi eſt aut ſola aut fœmina Iuno
Aſpera, ſed totas bello Germania uires
Exhaurit, premit inde Getes, hinc Turca fatigat,
Non ope virginea, ſed fatis uſe benignis

Stephani difficultates.

Et

Et ſolo munite Deo, graue pondus Atlantis
Cœlifera ceruice ſubis, ſpe luſus inani
Concidit, & cauſis ceſſit melioribus hoſtis.
Inde nouis inhians curis, colla reſarcis
Omnia, componis lites, expungis iniquas
Fers æquas, crudo nec ſcriptas ſanguine leges,
Non actoris eget lis ulla, nec vlla patroni
Omnia ſcis, agis, abſoluis, iam crimina deſunt
Legibus, interiere doli, perit ultio, ceſſant
Inteſtina odia, abſiſtunt furięq; neceſq;
Conticuere minæ, quæque indiſcuſſa iacebat
Mille annis, iam momento componitur ira.
Sed maiora uocant; Iterum tibi cæde litandum,
Hoſtili, ſat nempe foro, paciq; dediſti
Hoc quoque pacis erit, mercari ſanguine iura
Securamq; fidem: Sic cum furialibus orſis
Impia terrigenas armaret Phlegra Gygantes
Pacatum trifido mutauit fulmine ſceptrum
Iuppiter, æquanimis belli paciſq; ſequeſter:
Ergo nouas acies deſudatumq; laborem
Exaudi, vaſtumq; vna decurre per æquor,
Vos quoque qui melicum Regi Pęana ſonatis
Permutate nouo genialia iubila bello,
Depoſitaq, parum Marti indulgete chorea.
Vrbs erat inſignis portu Oceanitibus undæ
Contemptrix ſuperum, ſtudiiſq; aſperrima belli — Belli Dantiſcani origo.
Dantiſcum, qua diuiduas ſe diues in Arctos
Explicat, & canos allambit Pruſſia fluctus.
Sarmaticis hæc ſæpe ferox ab origine priſca
Sub-

Subſultare iugis, belloq; laceſſere reges
Sueuerat impatiens ſceptri, longaq; quiete
Luxurians, ſecura ſui ſtudioſa nouorum.
Mox vbi fatales ceruix noua fulſit habenas
Artibus uſa ſuis caput exertare ſuperbum
Vrbs auſa eſt, nec ferre iugum, nec adeſſe uocata,
Abrogat imperium, certatq; immunis haberi.
Ille Dei ritu, dum prima piacula ſidant
Errori donat ſpatium, cedensq; repulſæ
Impia Neſtoreo mulcet commiſſa lepore.
Fallit te incautum clementia, penſat abuſus
Officium, gliſcit rabies, & crimen inultum
Augetur uenia, non iam ſeruire recuſat
Barbaries leuis impulſu, ſed cornibus auctis
Te ſolio pulſura ruit, crepuere repente
Bellica, funeſtoq; iubent bubone moueri
Præcipites bellis aquilas, feruere uideres
Incendiis villas, undare cruoribus urbes
Tecta ſolo ſterni cultas ſquallere nouales.
Parua loquor, nec Di nec iam delubra Deorum
Tuta manent, pius in templis mactatur, & inſons
Fit reus, admiſſumq; luit commune ſacerdos.
Inceſtata ſacras moritur Veſtalis ad aras,
Et geminam exſatians rabiem prædonis iniqui
Expiat effuſo moribunda cruore pudorem.
Heu qua tum cœli uirtus in parte latebas
Heu ubi Relligio fueras, Pietasque, Fidesq;
Cum ueſtras impune domos, & fana latrones
Diriperent, ubi ſunt tonitrus, ubi fulmen Ieſu
Cur

Cur non nunc o nunc obſcæno monſtra barathro
Præcipitas? ubi ſunt incendia uindicis æthræ.
Aut fortaſſe ſacri tu dedignaris Olympi
Tam uiles animas flammis, ſed morte pudenda
Damnaſti, furiant miſeri atque immane minentur,
Dum licet, ut pœnas cumulo maiore refundant.

Tempus erat curru quo Sol freta ſorbet anhelo
Nocturna, & dulci ſcintillant ſidera nictu,
Iamdudum infeſtos ulciſci certa nocentes
Sera nimis terræ Virtus illapſa, reuiſit
Magnanimi penetrale ducis, ſeſeque uidendam
Sublustri in nocte tulit, cui nube ſoporis
Oppreſſo, paruos abrumpere temporis uſus
Diua timens, ſolo radians ſe lumine prodit.
Illum peruigili uoluentem mente diurna,
Iam creſcens in honore labor, curæq; coquebant:
Ales uti mater, nondum cui pipit ab ouo
Inuolucer pullus, uentis expoſta ferisq;
Inſomnis ſecum per noctem plurima uerſat
Bellua ne chara laniet cum prole parentem,
Auraue nutantem depellat ab arbore nidum,
Acclinata toro, cui ſic Dea uoce profatur.
Ten' ſegni torpere mora, dum Pruſſia bello
Cingitur, & totam exhaurit delectibus Arcton.
O nimium confiſe Deo, iam tela facesque
Inſultant aris, & ni mea cura reſiſtat
Eruerint enſes, & barbarus hauſerit ignis.
Surge meus ſanguis. Non plura effata minaces
Sicut erat galeata comas, ter bellica rauca

Virtutis ad Regem oratio.

 Intor-

Intorquet, ferale, tuba, quo Sarmatis Arctos
Intremuit late & Mæotidos ora paludis.
Protinus ingentes armorum laxat habenas,
Delectus habet, it bello fera tessera signum,
Romulæiq; Notho radiant crispante tridentes.
Vt leo Getulus uacua si deses in umbra
Sentiat imbelles antro incursare silenti
Hinnuleos uafrumq; suem, non protinus effert
Fultum caute latus, solitum sed rugit & antri
Significat dominum, sin is audacia crescat
Post ueniam, propiusq; subent, urgente repulsa
Assurgit tandem impatiens, & tubine uasto
Torua fremens uolat in medios, dat hiulca ruenti
Silua locum, mansa mutum pecus abstinet herba.
Principio qui signa ferant, castrisq; futuris
Designent spatia, & Martis præludia tentent,
Bellum indicitur Dãtisco. Sarmaticos iubet ire equites, quis tela sarissæ,
Corytiq; graues iaculis, & letifer arcus
Mille, quadringentos lectissima pectora bello.
His pedites de gente sua quos Agria bellax
Threiiciis pauit spoliis, & sanguine fuso
Sexcentos adhibet iuuenes, ipse agmine toto
Pone secuturus, late loca milite fumant,
Lambit anhelantes acies Vulcania campos.
Parte alia crepuere tubæ, ruit omnis ad arma
Prussia, quosque duces ponti confine diremit,
Quique Ripen, Dunnamq; colunt, huc Danus ab axe
Acer Hyperboreo, huc omnis Gothlandia misit
Braccatos in bella greges, huc Scotia cano

Cæsariem

Cæſariem depexa gelu, flauuſq; Sueuus.

Rumor iit ſine Rege vagos per plana patentis
Derſauiæ paucos ſolis ſe credere cęſtris,
Additus eſt animus ſtultis rapuere catenas,
Intorquent laqueos, certa eſt uictoria paucis
Non gladio, ſed fune opus eſt huc omnis ephebus
Huc puer, huc cerdo mercator lixa bubulcus
Conuenere, ferunt nugas, hi fortia facta
Inter uina crepant, trahit hic ad mænia Regem,
Seligit hic Hunnos, nent illi lora Polonis.

Dantiſcani contra regios.

Feſta dies aderat Stygio qua carcere rupto,
Eluit humanam paſchalis uictima labem,
Hac ipſa placuit neglecto numine Diuum
Fortunam tentare die periura feroces
Caſtra mouent, pubemq; animant in bella proteruam.
Di tantum auertere nefas, nam ſæua cohortes
Sacrilegas inuaſit hyems, & furua ſepultum
Abſcondit caligo diem, ſurrexit Olympi
Militia, & totas cœli cataracta procellas
Fudit, & ingenti diſperſit caſtra ruina.
Ecce gyganteas adigentem in bella phalanges,
Vindex flamma ducem, & toto Ioue fulmen adactum
Præcipiti proſtrauit equo, ſed nulla furentes
Monſtra mouent, nil oſtenſum, nil ultio prodeſt,
Verum ubi lux rediit mundo, & ceſſantibus Auſtris
Suda ſerenatus diffudit lumina Titan,
Abruptos iterant curſus, nemora ardua late
Ingenti clamore premunt, pars axe citato
Vaſta furens tormenta rotat, uolat igneus ille

Impietas.

Fulmineis in equis, piceo ſtat turbine cœlum
Æthra tonat, crepitu armorum tremit excita tellus.
Vallis erat quam gurges, & irremeabilis alte
Hinc atque hinc Symplegas obit, cinxere paludes
Murorum in ſpeciem, triſtes uligo reſorbet
Pigra lacus, baratrumq; uorax, huc ſe undiq; campis
Tota mole tulit, faucesq; inſedit iniquas
Colluuies populorum, & paſſa apparuit ala.
Scinditur ambiguus ſtudia in contraria miles
Sarmaticus, tanto ſeptus molimine belli,
Hi ſocias arces, uicinaq; mænia curſu
Arripere, & tutos ſiluarum intrare receſſus
Præcipiunt, dubiamq; fuga ſeruare ſalutem.
Hos Martis ueſana fames, & conſcia uirtus
Exſtimulat, crudoq; parant decernere ferro,
Vincere uel uinci, hoſtiles iuuat ire per artus
Si ſuperent, iuuat hoſtili procumbere dextra
Ni ſuperent, pulchramq; pati per uulnera mortem,
Vt cum indignantes pelago incubuere procellæ
Diuerſa de parte poli, tumet Adria fluctu,
Hinc Nothus, hinc Boreas ęſtus ciet ille ſiniſtra,
Hinc dextra inſtructus trepidarũ agit agmen aquarũ
Inſultans, dubium neſcit cui pareat ęquor,
Sollicitant fragiles exterrita carbaſa remos,
Hos inter motus dubio ceſſante ſenatu
Impatiens animi Michael pars maxima belli
Militiæ dux Pannonicæ ſæuiſſimus armis,
Pluſq; manu quam uoce ualens, urgente pudore,
Vindictaq; furens medium procedit in ęquor

Ense latus sæua dextra est armata bipenni,
Sic ille ad proceres ora indignantia soluit.

Oratio Michaelis ad milites.

Sarmatici, Vngariciq; duces gens utraque bello
Indomita, aut pulchra uitam pro laude pacisci
Tempus adest, aut progeniem delere superbam
Consilio locus hic non est iam classica clangunt,
Iam stricti nostris radiant ceruicibus enses.
Iam fumant scelerati ignes, & buccina mugit
Aut ferro quærenda salus, aut si metus urget,
Imbelles fugiant dubij discrimina Martis
Hinc pudor, inde timor torquet iacturaq; uitæ
Neutra quidem secura uia est. Sed si quid in armis
Consilium ualuit famam præferre timori,
Solicitat Virtus, anceps est alea belli,
At certus pudor est illinc Hunnumne ferocem
Sauromatasne truces, assuetaq; pectora cædi
Dania nescio quæ solo uix nomine nota
Ante tubas sternet, gladio defendite nomen;
Innumera est acies, sed tanto gloria maior,
Nunc subeat mentem sancti reuerentia Regis,
Abiurata fides, contemptaq; iura Senatus
Et sacri ritus, atque emptæ sanguine leges.
Præcipuè ueterum uobis ludibria Regum
Sauromatæ afficiant animum, quot damna quot ultro
Intulerunt cædes patribus, gens aspera uestro est,
Affinis iugulo nos pascua diuitis Istri
Incolimus, nos Pannoniæ uocat uber aristæ.
Dent pœnas sontes animæ, nunc uindice ferro
Annorum delicta luant, nunc iusta coactus

Induat arma furor, nunc irritata, tot annis
Conſpiret legio, oblatumq; armetur in hoſtem,
Sint licet innumeri, cauſa eſt iniuſta, Deoque
Deſtituente cadet, meritas uos ſummite pœnas,
Sin extrema manent, tumuloſq; decreuit Enyo,
Vos ſeruate aciem, & tuta ſtatione locate,
Dum ſalua eſt, ego Pannonios in bella leones
Producam, & tanti tentabo pericula caſus.
Si viuam, & primi faueant præludia Martis,
Vos quoque Sarmaticas à tergo effundite vires
Inſtaurate aciem, & victos terrore replete.
Sin peream, pro rege ſacro pro lege perenni
Deuoueo hanc animam, uos noſtro abſiſtite damno
Et victi ad regem incolumi legione redite.
Ergo alacres aptate enſem, & conſurgite ad arma
Pannonij ſocij, vobis hortamine longo
Non opus eſt, ſubeat ſaltem quot vindice dextra,
Quoſque duces patrij per iugera læta Tibyſci
Strauimus, innumeris vtrunque Atlanta trophæis
Sparſimus, Arſaciis impleuimus oſſibus agros
Magnorum ſubeant calcata cadauera regum,
Sub iuga tot miſſæ gentes, abauitaq; bella
Vos Nothon & Zephyron gladio pigroſq; Triones
Innumeros pauci armatos uiciſtis inermes,
Indomitas quoties Parthi proſtrauimus alas
Biſtoniis tepidi teſtantur cædibus enſes
Atque cruces plenę pœnis & turbida tabo
Flumina, ceſſantem clypeo ſulcauimus Iſtrum
Sanguine Threiicio canam tepefecimus Hellen,
Hic

Hic neque Marmaricos arcus, Mediue pharetram
Excipimus, molles populos, ignauaq; corda
Fœmineis assueta choris Veneriq; uidemus,
Ite per imbellem populum, atque cadauera viua
Millia iam bis sex sexcenti uincite bello, Sexcenti haidones contra duodecim hostiũ millia.
Ite citi superate fidem, credetne futura
Posteritas, & qui surgent post fata nepotes,
Tam parua cecidisse manu tot millia læti
Præcipitate moram, & campos implete ruina?
Nec uos flammiuomo vibrata tonitrua bombo,
Nec Galatea seges, nec ferrea terreat umbra,
Nec dubia afficiant liquefactæ verbera glandis
Exarmatus erit, si scloppum torserit hostis
Nil virtute valent. solo clamore cateruas
Sarmaticus confundet eques, mucrone sequetur
Mille viros centumq; vno moriente iacebunt,
Præterea ut iusto descendant agmina motu
Explicet hac duplici cornu pedes Vngarus alas,
Irritetq; hostem, mox si tormenta tonarint
Sternat humi sese miles, rursumq; resurget,
Elusisq; globis peditum, densissimus ordo
Inuadat primos & ahenæ robora pubis
Cuspide prætentet, si ferrea respuat absis
Cuspidis impulsum poplites, cędantur aperti
Præcipiti gladio, contra ignea uerbera lectos
Viginti heroas statuam, qui fulmina sistant
Cerbereæ faucis, committam cętera fato
Aut socij superate, aut non impune cadatis.
Interea gelido, seu tu procumbis in Hęmo

Seu ſcandis galeatus Athon, ſeu ſanguine Medo
Caucaſeas uerris Borea trepidante pruinas,
Exaudi Gradiue pater, tibi mille ſacrabo
Quadriiuges, centumq; uiros mea dextera mittet,
Inferias patrum tumulo tibi mille trophęa
Inſtituam, & Scythicos placabo ſanguine manes,
Mars pater affer opem, atque ingentibus annue cęptis.
Audiit armipotens iuuenem, galeaq; tremenda
Subriſit crudele pater tum terque quaterque
Tempora concutiens uaſta ſub rupe ſedentem
Bellonam alloquitur, uiridi hæc ſub tegmine taxi
Hircanis ſaturos pectebat cædibus angues.
Martis ad Bellonã oratio. Tantane nos patriæ cepere obliuia gentis
Diua ſoror torum, ut nuper quæ ad iura coegit
Atlanta, & Latias proſtrauit cuſpide turres,
Ludibrium extaret mundo, diuiſq; repente
Degeneraret auis, en quo manſueta timendum
Europæ atque Aſię, traxit patientia nomen,
Aſt ego pręuidi atque animo mecum ante uerebar,
Scis ſoror, hos animos ne ſi mea forte remittat
Progenies iterum gentes audere minores
Inciperent aliquid, certè non augure ſurdo
Conſului tripodas, en grex ueſanus onuſta
Vinclis plauſtra uehit, laqueos turpesq; catenas
Molitur genti indomitæ, quæ fulminis inſtar
Terror erat populis, non ſic meus Attyla muros
Pulſabat Latios olim, quem bella frementem
Luxit Atlas gemuit tellus, exhorruit ęther,
Coruiniq; duo uinctis qui ad terga lacertis
Biſtonas

Biſtonas Vngaricis reges egere quadrigis
Hæc eſt illa manus, quam trux Catalaunia vidit
Implentem tabo Heſperiam, quàm cæde calentem
Non furor Ædoni Boreę, non igneųs Auſter
Continuit, non zona rigens, non zona peruſta,
Hæc & inacceſſas alpes & Caſpia clauſtra
Effregit, clypeo cœli, armorumq; ruinas
Carpathias hyemes galea tulit, inde per enſes,
Per fræta, per rupes geminumq; cucurrit Atlanta,
Si periere patres uiuit genus, inclyta reſtat
Progenies, vis eſt eadem, nunc Vngara virtus
Erigere, audaciq; nefas ulciſcere dextra,
Fer clypeum Bellona mihi, galeaq; nitenti
Sanguineas ſuſpende nepas, tu tinge cruore
Fræna Pauor, tu iunge feros Formido iugales
Vos Hæmi gelidæ valles, te Viſtula teſtor,
Vix unquam tanto creuerunt ſanguine riui
Sarmatici, Arctoos ſatiabo cadauere piſces
Alpinæ gaudete feræ, gaudete volucres,
Quas Tanais, quas Strymon alit, prodite latebris
Tigrides, humanoq; lupi pingueſcite farto.
Ipſa peregrinos iam degener herba ſapores
Induat, hoſtiliq; ſeges nutrita cuore
Liueat horrentemq; fuget pallore colonum,
Dixit, & indomito ſolidatam adamante bipennem
Trans freta, trans nymbos dextra indignante rotauit
Vociferans, ſtupet altus Athos planxere Napææ
Iſtrides, exſanguemq; gelu timor alligat Hebrum,
Totaq; proſtratis tremuerunt Iſmara ramis.

Hæc

Hæc uolat, & celeri liquidum per inane meatu
Desiluit belli media, ingentiq; repleuit
Corda Deo, sensere Hunni, signumq; benignum
Agnouere patris, flagrat spe concita Virtus,
Acceditq; viros animosi gloria leti.
I licet expediunt cuneos & in ęquor apertum
Cæruleum effundunt cornu, stat prona iuuentus
Signa ducis nutumq; sequens & certa triumphi
Instructio pugnæ. Gaudet & arcano feruet sub pectore uirtus,
Parte alia ingentes non segnius explicat alas
Nigra cohors, tollunt aquilas fremit ęquore toto
Instratus ferro sonipes uentosq; lacessit,
Ignescunt galeatæ acies, animataq; Phœbo
Aera rubent, latoq; uolant incendia campo
Lætus adhuc belli uultus, nec decolor aurum
Cæde uiri, nondum clypeorum argenteus orbis
Nat sanie, constant acies, est integer ordo,
Floret ager, librant intentis pila lacertis
Puluereos hortantur equos, pars ęrea suta
Thoracum implicitant humeris pars cornua lentant,
Exercent per inane manum, & sola putria tundunt
Pars fluuios arcent aditu, pontesq; rescindunt
Ne spes ulla fugæ uictis, statioq; supersit
Pannoniis, claudunt saltus, atque obice uiuo
Omne latus belli cingunt, ubi Pannones ergo
Quaue uia speranda salus? hinc ferrea septa
Inde palus ingens interceptiq; meatus
Gurgitis impediunt, quoniam nil undique restat,
Hoc erit hoc uirtutis opus perrumpere claustra
Armorum

Armorum obstantesq; uado prosternere truncos
Tela uiam, tutos præbebunt corpora pontes
Nec minus imbelles iuuenum nuruumq; cateruæ
Innumeros uictis laqueos & tristia nectunt
Lora manu, pedicas pueri manicasq; trinodes
In pœnam expediunt, patres hæc uincla manebunt
Si uiuent gladij immunes, aptate catenas
Crudeles nati, uictor quibus implicet Hunnus
Colla patrum, heu cæcæ mentes ignaraq; fati
Consilia, heu secura sui mortalia, temnunt
Tam paucos freti numero, non prælia miles
Sed prædam, atq; hilares superato ex hoste triumphos
Cogitat, & tutæ metitur gaudia pugnæ;
Iamq; truces Bellona comas cristata trilingui
Angue uenit, tonat in nimbis & flammea Gorgon
Tela quatit, sæuàm in cladem parat ęgida Mauors.
Stant duplices adamante togæ, fluit ignibus umbo
Atracius, sæuoq; fluunt incendia uultu,
Ante uolat dominum Pauor, armiger, iraq; rubra
Subsultant hincinde minæ latur urget utrunque
Mors comes & leti merces cruor, alta catenas
In pœnam uindicta rotat, spoliisq; lacertos
Aptat ouans, ipse in mediis dux igneus hasta
Fulgurat increpitans biuuges, & grandinat ore
Tum grege de rapido crispantem pila Pauorem
Alloquitur, non illo alius prosternere cæcum
Vulgus & insano confundere castra tumultu,
Aut falsos melior quisquam sparsisse timores
Elicit hunc ultro pater & sic turbidus infit.

Heus

Martis oratio.

Heus Pauor i volucri turmam præuerte volatu,
Præcipe tela mea,& recto pete prælia nisu,
Bella cie,fere monstra animis Alemannaq; castra
Obscęna confunde fuga,turpesq; timores
Effunde in medios,imple terroribus hostem
Cunctantem,tibi mille artes,formæq; nocendi,
Tu quoque curre fuga & iunctum comitare Pauorem
Et tu turpis abi pudor,eia impellite remos
Alarum & stulto peruertite cuncta tumultu,
Tu parte aduersa stimulis maioribus vrge
Pannonios vindicta truces: heus ira labantem
Curre iuua famam,en virtus animosa laborat
In mediis habilemq; parat Constantia parmam,
Ite citi mox funereum, nouus arbiter æquor
ngrediar, pigrasq; impellam tabe paludes
Dum loquitur,fugere Dei cum voce,Pauorq;
Ante alias micat,& rapido ruit æthera nixu
Præcipitans,vix ille leues afflauerat horas
Armorum,uis omnis abit,vix castra subiuit;
Extemplo cecidere animi,gelidusq; cucurrit
Ima per ossa tremor, gaudensq; vlulauit Enyo.

Pugna cõmittitur.

Ergo vbi castra vigil tuta statione locauit
Cura ducum,& iusso. stetit acer in æquore miles
Classica ferali gemuerunt tympana planctu;
Increpuere tubæ,& rauci canor horridus ęris
Fit fragor Ætnæo vibrata tonitrua bombo
Horrendum intonuere, crepant conuexa boatu
Ad cœlum exundat vortex mugire videres
Omne nemus reboant syluæ montana resultant
Exurdat

Exurdat vicina tonus, pluit ęreus imber,
Concurrunt per inane faces, uolat ignea lampas
Per nymbos, totisq; in pręlia viribus itur,
Sicut vbi Arctoi rabies Aquilonis in axe
Æolius rupit postes & carcere laxo
Tortum imbrem, piceoq; trahens per nubila Cauros
Insedit pelago, atque minas effudit in ęquor,
Sæuit hyems, frendunt syluę, ruit æstus arenas,
Nutat Atlas, titubant axes, ferit ęthera murmur;
Pannonius uolat in mediis pedes alite planta
Flammeus, & numei damnum virtutibus implet.
Fit via vi, cedunt cunei, confertaq; inundat
Agminis, & qua tela rigent densissima tendit
Qua flammas, & sęua uidet tormenta rotari.
Sternit humi sese cautus, maiorq; resurgens
Perfurit intentasque ferox diuerberat hastas
Quaque ruit, nymborum aut hiulci fulminis instar
Obuia cuncta metit gladio, atque immane minatur
Nunc pedes infrendens pediti, nunc acer anhelos
Miscet agens hastis equites feruescit vbique
Martis opus, mœstas roseus rigat imber arenas.
Illinc non acies iustę, non dextra virilis
Rem gerit, insani furiunt per inane molares
Pila pluunt densus iaculis obtexitur aer,
Committuntque globis ictus, atque emimus instant,
Sors peragit virtutis opus, clamoribus hostem
Non dextra, non ense premunt. crebescit aceruus
Cęsorum, hic patitur, gerit alter bella satelles.
Hic medias inter strages, dum pręlia sęuus

Asperat,

Aſperat,& feſſas animat dux Vngarus alas

Caſus Michaelis. In caput ingenti muralis turbine maſſę
Obruitur,cadit infelix, ſortemq; nefandam
Ingemit,obſcœnoſq; animam exſpirauit in ignes.
Agnouit gemitum pater,& ter ab æthere ſummo
Iuppiter intonuit,ter & ægide pectora plauſit,
Turbatur,poſcit iuga, Bellonamq; morantem
Increpat,atq; fremēs ſuperum rapit agmen in æquor:
Interea afflauit feſſos meliore iuuenta
Pannonios, addit vires, atque aggerat iras
Incaluere Deo heroes,per & obuia pila
Per flammas impune ruunt,
Laxantur late cunei, crudeſcit ubique
Peſtis,hebet vindex tot adactus molibus enſis,
Nec mora,nec requies,furor undique & vndiq; ferrū,
Creſcit amor cædis, creſcit precioſior auro
Torrentis ritu ſanguis, natat acer in alta
Tabe pedes, gaudet ſtagnare cruoribus agros
Cæde tegi cuncta,& uiuos deſæuit in artus.
Vt cum exultantem Maſsyla cęde leonem,
Setigeri videre ſues, atque agmine facto
Inuaſere ferum, propriuſq; accedere tentant
Cunctanti,tacitas acuit leo Caſpius iras;
Mox vbi non vltra virtus non continet ira
Infremit horrendum aſſurgens,quæq; impetus egit
Fellantem rotat vngue gregem; Sic Pannona pubes
Sæuit inexhauſtum, & rapido volat æquore victrix;
Ecce moras belli tormenta minantia cęlo
Viginti inuadunt heroes, & agmine facto

Viginti haidones tormenta Germanis eripiunt.

Diripuere

Diripuere truces, trepidi ceſſere magiſtri,
Vi potitur telis Hunnus, faucemq; malignam
Vertit in auctorem, & cædem cedibus addit;
Tum vero turbatæ acies, ruit ordine nullo
Ferreus ad portas immiſſis miles habenis
Stagna vetant refugos, & ineluctabile cœnum,
Quoſque ipſi clauſere lacus, & triſte barathrum,
Quid faciant, via nulla fugæ ſpes, nulla ſalutis;
Hinc immenſa palus currentem, hinc ferrea terret
Tempeſtas telorum, & aquis immanior Hunnus:
Heu iam mille vias, iam mille reſurgere pontes
Vellet & exangui metitur lumine ripas,
Inſtat atrox trepidis Hunnus, iuguloſq; reſoluit
Cunctantum palant acies pars vertere terga,
Pars mutilos enſes, & ſurdos expedit ictus;
Nequicquam hic laxis penitus recitatur habenis,
Hic ruit huc illuc, hic deſolatus & exſpes
Porricit in fluctus animam, fruiturq; ſepulchro,
Hi preſſant in tabe comas, hi extrema precantur,
Hi linquunt in ripa animam, corpuſq; propinquis
Precipitatur aquis, hic imo in gurgite uiuus
Singultit, ſpirantq; vadis immurmurat atris,
Summa ſalus in aquis, extra furit Hunnus, & acer
Nunc gladios optet centum, nunc brachia centum
Dextra cruore fluit, crebris hebet ictibus enſis
Spirat adhuc, calidoq; ferox ſudore fatiſcens,
Explicat ingentes humeros, ſparſiſq; per arua
Exuuiis horret, nuduſq; in bella recurrit
Sæuior, ingeminatq; metus, extantiaq; oſſa

Miſerabilis Dantiſcanorũ cædis, & fuga.

Truncat

Polonicus equitanus. Truncat & ingentes pontis uice calcat aceruos.
Exin gramineo paulatim albescere tractu
Sarmatici cæpere duces, cognataq; castra
Obsedere diem telis, hoc acrior Hunnus
Relliquias belli terit, & ceruicibus instat,
Nec minus hic audax rediuiuum Sarmata bellum
In cuneos cogit, residesque redintegrat iras,
Vt cum exundantem maternis imbribus Hebrum
Æoliæ viuere animæ, natat aspera Thrace
Obuia præcipiti vertuntur plana ruina,
Non Rhodopen sua saxa tenent, non Ismara syluę,
Deplanat montana furor, Sic additus Hunno
Auxiliaris eques feruet face Martis, & acrem
Flat sub corde Deum, maternas alueus vndas
Excludit gremiis, humana per ora cucurrit
Ossifragis auriga rotis, pede pressit iniquo
Corporeos pontes iacet alta in tabe superba
Victima sanguineis spirant uada liuida venis,
Pars prædæ sese accingunt, aut prona supinant
Corpora, si viuus quisquam super alitus erret
Scrutantes, sopor hos & nox æterna fatigat,
Illi succiduis exspirant lumina venis,
Semineces alij ingentes ex ossibus hastas
Euellunt, stridunt animæ telumq; sequentes
Ægra cruentatis acclinant corpora bustis,
Hi redimunt viles animas, veniamq; precantur,
Expediuntq; sinu laqueos, funesq; requirunt
Quos hosti nexere prius, pars oblita cœno,
Ora latet, sparsæ per deuia rura cohortes

Pacicolis

Pacicolis passim fera præda fuere colonis.
Heus animose prius iam nunc miserabilis hostis,
Heus miles metuendæ, vbi nunc generosior ille
Spiritus, ah vbi nunc unctus tot cotibus ensis
Et torui vultus, & scloppi bombus, & ictus,
Et ~~manus &~~ torres laudata tuis cerdonibus hastǫ;
Scilicet is fueras, iuribus qui castra referres
Captiua, ignotos Hunnorum ostendere uultus
Iuratus dominæ, hancne fidem periure reportas
Sic ne tuæ spolia ampla legis miser heroinæ?
Heu demens, quis nunc oculos in morte natantes
Comprimet & laceros artus tellure reponet,
Heu ubi nunc dilecta tua est, choreæq; iocique
Viscere pascis aues, per vultus orbita currit
Dignus es hoc tumulo, hac Virtus te condidit urna
Spirantem nimium, atque hostili cæde superbum
Nonne fuit satius flexa ceruice sub umbra
Cum senibus garrire tuis, nocturnaq; bella
Ludere & intentas precio placare secures.
Linquere tela viris & prȩlia Martis anheli
Nunc animose iace, at tu iussa capessere Diuum
Disce tuo exemplo Dantiscum urbs aspera, disce
Iustitiam, atque Deos memores fandi, atque nefandi
Dilige ius, unctumque Dei, iusta indue bella,
Disce timere ducem, & diuino assurgere regi.
Vos, ne longa dies memori procul eximat æuo,
Quinquaginta animæ, quas non cita turbine cuspis
Non hastæ strauere virum, non masculus ensis
Sed nymbus sclopporum, & quem murale tonitru

Obruit heu magnæ Michael tam prodige uitæ,
Enthea si patitur uirtus, uos carmine nostro
Viuite, si Phryx Aeneas, si Phthius Achilles,
Hic Thetidis timidus puer, ille uxorius heros
Perpetuam meruere chelyn, si cæcus Achillem
Aeneam indigitat figulus, si fabula Troiæ,
Si Thebæ septemq; duces, fictiq; labores
Alcidæ, si uiuit Hylas, Indoq; uagatus
Cornigeri meruit Macedo de sanguine nasci
Ammonis, mendaxq; inuenit præmia fama,
Vos uestre maneant laudes, uerisq; triumphis
Viuite & in longos nomen proferte nepotes.
 Nunc ego quæ uestræ reddam preconia fame
Victores, roburnè prius dextræq; uigorem
An suetos duris animos & pectora mirer?
Vos nec anhelanti uiolentis terruit igne
Sirius, hiberniq; truces Aquilonis hiatus,
Aestiuos nudi Soles, brunæq; rigorem
Sub dio expertes Veneris Cererisq; Lyæiq;
Exigitis, sueti castris, ad mollia segnes,
Mansueti ante tubas facilesq; ad uota leonum
Exemplo, prompti ad cædem, si prouocet hostis
Non prece non ultra precio, non Marte nec arte
Tractandi, cupidi pacis, sed uiribus emptæ
Saluete eternum heroes Mauortis alumni,
Thymbræo & plus quam Mantoo pectine digni.
 Quid molles Asiæ populos, Gangemq; subactum
Flamus, & Eoos imbellia nomina Seras?
Quos uicisse fuga est, raros ceruicibus enses
Expe-

Expectant, cæsoq; fugam meditantur & hoste.
Hæc alij celebrent, hinc uasta uolumina uates
Parturiant, his ferrea uox, centenaq; lingua
Aptetur, totusq; Helicon consurgat ad Orsa,
Hic languent animi, nulliusq; ęmula laudis
Mens hebet, & contenta humili uirtute remittit,
Hinc uinci patimur, paruoq; impune sub hoste
Sternimur ignaui, atque hostis crudelia corda
Immites querimur gladios, at inertia nostra est,
Non ira hostilis probri rea, sęuiat omnis
Dum superat nunquam mitis Clementia uicit.
O felix uirtute tua uirtute tuorum
Macte nouis Rex auspiciis quæ præmia laudum,
Quæ uotiua tibi dilecta Polonia reddet?
Romanis quernæ defenso ciue coronæ
Talio laudis erant, referenti ex hoste triumphos
Laura serta dabant, spirantesq; ęre colossos.
Patribus at patriæ fanum & delubra dicarunt,
Quę tibi sufficient arę, quę ciuica fronti
Digna sat est, qui non unum caput ęgide fida
Regna, sed & totas redimis cum ciuibus vrbes,
O si quis redeat hodie Maro, si quis Homerus
Ridebit cantata prius delebit ineptum
Nomen & inscribet STEPHANI noua pagina laudes
Non unus tibi Pelides, non Annibal unus
Militat, innumerus sequitur tua Scipio signa
Et Fabius, crebroq; micant Samsone cohortes.
Non tua luxuriant Eois castra lapillis
Non Arabum myrrha maiotum more, nec auro;

Peregrino

Castrensi cratere bibis, nec noxia neruis
Vna, sed aut quod sors aut dat locus, inter ouantes
Militiæ socios, contentus simplice uictu,
Quem condit Natura fame, non arte uoluptas.
Nec Venere aut Baccho, sed honestis sobria curis
Aula nitet, uultumq; tuo desummit ab ore
Numinis instar es ipse tuis, te præside miles
Per mare, per flammas, per saxa impune uolabit
Centimanum tempe Gygem, tu Cressia monstra
Tu reuiuiscentem ferro, & face conficis Hydram
Vnde etiam meriti sperat te regia cœli
In choreas conuexa uolant, tibi sibilat æther
Non obseruatos humanis sensibus hymnos,
O felix quodcunque tuo dignabere numen
Accubitu ignotosne Nothos Austrumq; requiris,
En tibi gratantes hilaris nepa contrahit hamos
Arctarumne tuum? forceps en brachia cancer
Iamdudum angustat sociumq; inuitat Olympo.
Hic Iouis accumbens epulis conuiua Deorum
Ambrosia satur, & diffusus nectare curas
Cum Sole & Luna sacri sacer hospes Olympi
Aeternam uiues uitam indefessaq; secla
Interea donec cæli te regia mundo
Concedit, perge afflictis succurrere rebus
Auxilioq; fouere pios, sic ibis ad astra.
Incipe Diis te ferre parem, uotisq; uocari,
Vt Minos, ut Liber, ut aurea pignora Lædæ,
Vt Mars, ut quorum virtus uicturaq; fama
Humanum excessere modum diuisq; quarunt,

Nosce

Noſce tuos ortus, & concipe ſydera mente,
Noſce ignes in te heroos, & ſemina cœli
Hectores in galea, poſita mox caſſide Neſtor,
Si fera bella tonent, præſto eſt tibi Martia virtus,
Si toga paxq; vocet, non deeſt tibi gratia fandi,
Pronus es ad veniam iuſtus belliq; domiq;
Pacis amans, conſtans fidei, parciſſimus iræ
Manſuetus, præter laudem nullius auarus.
Vni omnes varios Diuæ famulantur in uſus,
Iuſticia in primis ſuadet rectumque bonumque
Temperies caſtos actus, Patientia mentem
Obdurat, firmum pectus Conſtantia reddit,
Quæ fugias, quæ deinde petas Prudentia monſtrat,
Felix ſorte tua, rex diue, quid amplius addi
His potuit? Tamen ecce nouos Gradiuus honores
Concipit, en maiora animum ad molimina ducit.
Eſt in Atlantæi ſupremo limite circi Moſcouita Scythiæ regio.
Librat Hyperboreos qua zona nouiſſima tractus
Fæda ſitu tellus; Scythiam dixere priores
Gentibus Heſperiis, Latioq; incognita pilo,
Huc nunquam tepidi clementior aura Fauoni,
Nec vernæ uenere animæ, ſed pelle pruinas
Papilione niues arcet Scytha durus & axe,
Pendenteſq; boues, & pronas ſuſpicit Arctos.
Hæc Parthos pęnam Auſonię, uolucremq; Gelonum,
Hæc & Amaxobios, & dirum nomen Alanos,
Maſſagetamque arcu inſignem Gotthoſq; potentes
Biſaltamque trucem, atque antiqui ſanguinis Hunnos
Progenuit prægnans armis, & flore virorum;

Hanc Moschus premit imperio, dux impius, audax,
Immensus voti, populorum pœna minorum.
Hic memor exordij patrio nec degener ortu,
Quicquid vbique vacat Scythicis immune pharetris
Diripit, incendit, uastat, debellat, inundat
Milite Mulcibero, ferro, Mauorte, cruore
Quaque potest, non qua fas est sua sceptra propagat.
Mos erat huic si quando alios, aut bella vocassent:
Efferentve rogis regem, exequiisque vacarent
Oppida ciue suo campos viduare colonis,
Aut quatere excidiis vrbes, & vertere prædam.

Hac & tum incautos oppressit fraude tyrannus
Finitimos, spoliantur agri, ruit omnia late,
Moschi Liuoniã populantur. Trux Scytha grassatur gladiis, & fana profanat,
Fædantur teneri Geticis incestibus anni,
Languescit moriens enecta messis in herba
Cultores viduantur agris, cultoribus agri
In gremio in charis matrum complexibus infans
Nactatus, patrius confundit sanguine fletus,
Nec pecus est immune mali, spoliatur ouile,
Subrumes abigunt teneris cum matribus hædos,
Agricolasque boues, rediens nè ferus arator
Findat humum, segetemve queat sperare secundam.
Excipit horrendam vicina Liuonia cladem,
Hic quicquid reliquum est furiarum, iræq; necisq;
Euomit, hanc ima Moschus de stirpe recisam
Vendicat in proprium, atque suis ditionibus addit.
Hinc victor plenus spoliis, & diuite gaza,
Flectit ouans biiuges retro, Scythiamq; reuisit.

Post-

Postquam in castra virum & pacati regis ad aures
Rumor iit,facinusq; audax in mentibus hæsit,
Protinus ira ducis iustos exarsit in ignes,
Ingemit,hinc virtus,& mens sibi conscia recti
Solicitat calidas belli sudore cohortes
Colligere,iniustiq; ausus frænare tiranni.
At quibus insidiæ Moschorum,artesq; patebant
Sarmatici vetuere duces, ne cautior hostis
Incautam Scythico pubem circundaret astu.
Centum oratores tectum ad crudele tyranni
Ire placet, glauca velatos Pallade frontem,
Qui mandata ferant, violataq; federa firment.
Non hominum ritus,non gentis iura propinquæ
Barbariem tenuere viri, quin carcere fœdo
Auderet regum medios temerare precantes.
Omne nefas licitum sceleri,non talio mentem
Non grauior uindicta mouet, pœnæuè suorum,
Maior in hos rabies, proniq; licentia ferri
Vt didicit non esse pius, fruiturq; nocendo,
Tantum animi fasces addunt,Scythiæq; potestas.
Ergo ubi per populos,& saucia corda cucurrit
Heroum,scelus infame,atque iniuria duplex,
Arma arma ingeminat plebes, fremit arma Senatus
Turba ruunt, rapuere aquilas, & cæde recenti
Squallentes tergent gladios, nouat arma satelles
Comit equum, crinit galeam, præcingitur ense.
Tympana mæsta gemunt iterum, mugitq; cruentus Bellum Moscouiticum.
Stridor agris,tristem raucus canor increpat æthram,
Ingens iuratur bellum, uolat undiq; ad arma

Martia Sarmatiæ pubes, clypeataq; totis
Agmina densantur campis, perstringit ahena
Lux oculos, celsisq; ardent in nubibus hastæ.
Nec minus inualidi, (libertas aurea ducit)
Huc ultum uenere senes, huc rure relicto
Vulgus iners, nec agri, nec culta noualia curæ
In gladios abeunt falces, ligo, rastra, bidentes,
Sic cum indignantes armarent Hellada Bello
Tantalidæ, innumeris feruebat classibus Aulis.

Lituani. Proxima patritios Lithuania cogit equestres
Fæta uiris tellus, agit hos in prælia ductor
Insignis Radiuillus auis, & fulmine linguæ,
Exercentur equis iuuenes, secat ęquor apertum
Bellator sonipes, & fræna frementia mandit.

Massouij. Asper Amaxobias deterget Mazo bipennes
Herculeos armans iuuenes, foremq; virorum.

Rutheni. Tu quoque trux detra nulli cessure Ruthene,
Siue rotas gladios, iaculo seu Tartaron urges,
Siue pharerratum sequeris pharetratus Alanum.

Pruteni. Iam desolatas reparat pia ad arma cohortes
Prussia, Dantiscumq; potens, & fida Torunna:

Poloni Podolienses. Hinc Gracchi genus antiquum, & Camenecia pubes
Non illis impune Cydon se conferat arcu,
Non Garamas, stupet insolitis armatus Orion
Cætibus, & subitum stringit perterritus ensem.
It bello deuota phalanx, hæc horrida contis
Illa rigens iaculis, pars ficta gymnade certat
Decretisq; neci præludit in ęthere telis.
En consanguineas Mauors pater excitat urbes,

Quiq; Samum, Marysumq; bibunt, viridemq; Tibyscũ
Quique Saui Drauiq; uadis uallantur & Istro Vngari.
Coniurant in bella duce, rapuere sarissas,
Pannones, armatur ferratus acinace Dacus,
Hos regit imperio ducis, & moderamine frænat.
Diues opum atq; animi cognata gente BeKessus,
Pæonij florent iuuenes, miratur ab Hæmo
Fulmineum Mauors equitem, peditesq; ducesque,
Et tantam belli faciem & molimina tanta
Hi tendunt rutilis diffulgurat igneus hastis
Miles, hiant fremitu ualles, montana resultant,
Aethra tonat, crepitu armorum tremit excita tellus.
Heu quanta trahit populata Liuonia bella,
Quanta clade lues tot abactas latro rapinas
Vltor adest, attolle animos metire ruinam,
Belliger en totas equitatus adobruit Arctos,
En ultrix iustis Victoria remigat alis
Contra axes Tanaimq; tuum, uiden'igne Triones
Feruere, calcatosq; duces prostrataq; castra,
Heu quis equis sudor, quanto se puluere cœlum
Induit, heu quantus circuntonat æthera turbo.
Quid mundo Gradiue paras, uideo hiscere rupes,
Hinnitu, & Scythico tractos in sanguine Reges.
Ecce Polottæum fumantisq; eruta cerno
Mænia Plescouiæ, Velychum ueteremq; Torullam
Non te Neuigradum, non te tua Mosqua tyranne
Communi eripiet leto, Mæotas ad usque
Curre uagos, Tanaim mundi confine terentem
Vince fuga, Garamantas adi Riphæaq; lustra


Inuenit

Inuenit fortuna uiam, proh quanta manet te
Gloria, quosque Polone ferox tibi lęta triumphos
Fata uehunt, ecce ipsa tuum gens Caspia nomen
Turca pauet, mæstoq; niger tremit omine Ganges.
Hic fer opem chelys, hic tota simul utere Cyrrha
Nunc centum linguas, & ahenea pectora Clio
Suggere, perpetuumq; loqui, me subtrahe uulgo,
Vt neque Bæbęi iactet se sanguine uatis
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, (Athenæ.
Mantua Vergilio, quo me temeraria cogis
Imbellem Pietas? uideo considere in ignes
Euxinum, ueteresq; Tomos, Pontumq; ferocem,
Tu quoque hyperboreis accedes Narua trophæis;
Sic ego mole rei confusus, & illice fama
Huc illuc diuersus agor, uelut enthea uates
Plena Deo, uidet illa quidem, sed copia menti
Obfudit noctem, & caligine sepsit opaca.

HACTENVS Euganeo sat erit lusisse recessu
Inter odoratas lauros, atq; Itala Tempe
Ad cunas Rex magne tuas, dum fulminat Arcto
Gloria, detornatq; hilares, Europa triumphos,
Quando erit illa dies, ut te fortissimè uisam
His oculis reducem, pronoq; deosculer ore
Suppliciter uenerans, genibusq; uolutus adorem,
O Sol, o Luna, o uitæ, quæcunq; præestis
Hoc unum date fata mihi tu barbite zelo
Tunc omni, totoq; faue lyra Pegasis ęstro
Huc cantum differte Deæ, tunc flumina tota
In

In uenas conferte meas, & diuite riuo
Thespia maiores indulgeat ungula lymphas:
Tunc ego non humilis cycneo gutture uates
Immortale melos posita torquebo cicuta,
Mox & Apellæis animabo coloribus acta,
Ipse meum numen casta prece fusus ad aras
Conciues inter superos securus adibo
Ture, reus uoti ceu sors, uel simplice farra
Nunc age dilectum, si fas intercipe murmur
Canna sat est, plenis alij sine faucibus inflent
Classica tu solis modulabere iubila siluis.





DE SERENISSIMO POLONIAE REGE BELLANTE.



Cæſaris Calderini Mirani.



VM Regno accedis Rex inuictiſſime, ſurgunt
Ecce fera innumero milite bella tibi;
Sed tremuere alto motu ſaxa inuia, ſuntq́ue
Mirati populi uimq́; animosq́; tuos,
Quòd celer, atque ſedens armatos eminus hoſtes
Fregiſti nutu, conſilio, ingenio.


DE



DE EODEM TRANQVILLE REGNANTE.



Eiuſdem Cæſaris.



ÆC Regi placuiſſe ſuis non ultima laus eſt,
O BATHOR noſtris Sol date temporibus.
Omnibus at placuiſſe aliis eſt gloria prima;
Quod tamen ipſe unus tu STEPHANE uſque facis.
Te nam quis grauius moderatur paſſibus ęquis
Singula? quis melius comprimit, odit, amat?
Comprimit elatos, iuſtos amat, odit iniquos,
Pergrandi Regno o aurea ſecla tuo.

FINIS.



DEL
GIARDINO
DE' POETI,

In lode del Serenissimo

RE DI POLONIA,

Gran Duca di Littuania, Russia, Prussia,
Samogitia, e Chiouia, Signor
di Libonia,
&
PRENCIPE DI TRANSILVANIA,


LIBRO SECONDO.

STEFANO BATTORE



RE DI POLONIA, &c.

In VENETIA, Appresso i Guerra, fratelli. 1583.



CATALOGO
DE GLI AVTTORI.







A Hippolito Zucconello.



ONTRA la morte, e'ncontr' al Tempo infido
La nemica fatal spiega le piume,
Perche risplenda del BATTORO *il lume*
Al Borea, à l' Austro, e à l'Indo, e al Mauro lido.
E Voi, come ad Apollo amico fido
Seguendo degno, e nobile costume,
Perche'l gran nome eccelso più s' allume,
Raddoppiate la gloria, e'l grido al grido.
Ergete dunque il venerando Tempio,
E soura'l limitar de l' vscio inscritto
Leggasi. Del BATTORO à nome eterno.
Cosi seguendo vn tanto raro essempio,
Quasi da lunge homai chiaro discerno,
Il Mondo inchinerà Re tanto inuitto.



Hippolito Zucconello.





VESTO di varij fior leggiadro serto,
Per man solo di colti almi pastori
Contesto in gloria de' tuoi sommi honori,
Picciolo dono à così grande merto
Zuccheo ti sacra; e'l cor ti mostra aperto,
Pregando il ciel, ch'à te gratie maggiori
Ogn'hor più accresca, e da miglior scrittori
Al tempo eterno sia il tuo nome offerto.
Eccolo innanzi al tuo Real'aspetto
Con quel, ch'à te sì porge alto desire,
Deh cortese gli dona alcun ricetto.
E co'l dono anco il cor accetta, o Sire;
Nè lo sprezzar, ch'un puro humile affetto
Sempre, più ch'oro, suole à Dio gradire.





Del medeſimo.





ENEROSA, fedel SARMATA PROLE,
Ornamento, e ſplendor del fero Marte,
Per te il valor dell' arme in ogni parte
Sempre s'udì, douunque gira il Sole:
Quant' hor gloria maggior più che ſi ſuole
Ti conuerrà? che diſſipate, e ſparte
Le genti al Moſco con gran forza, & arte
Fugaſti, onde il Re gode, & ei ſi duole.
E tu Sacro BATTOR di chiari pregi
Adorno ſplendi, e glorioſo inanti
Paſſi gli Imperatori, e' ſommi Regi:
Ben foſti eletto con ragion fra tanti
Inuitti Heroi, poi che gl' alti tuoi fregi
POLONIA ornar douean d'eterni vanti.






Di Federico Frangipane.





AD vn gran Rè d' alto lignaggio sceso,
Qual sete Voi alteramente nato
Conuien, ch' ogn' hor di lucid' armi ornato
Habbia il petto, e di gloria il cor acceso:
Ma non tien sempre Apollo l' arco teso;
Nè sempre Marte appar in campo armato;
Nè il tridente Nettuno scuote irato;
Nè il fulmine ogn'hor vibra Gioue offeso:
Però non si sconuien, che trà i romori
Di guerra s'odan questi miei concenti,
Ch'io mando à voi Signor forte, e cortese:
Posson le Muse co i lor varij accenti
Hor acquetar i Martial furori;
Hor infiammarli à bellicose imprese.





Di Lattantio Persicino.





ENTRE SARMATIA illustre in dubbio stassi,
Cui per elettione al nobil Regno
Ammetter deggia; e pone industria, e ingegno,
Perche à felice fin suo oggetto passi:
Ecco à vn Scipio hor aspira; Ecco hora vassi
Soura vn Cesar facendo alto disegno;
Hor brama vn' Alessandro di lei degno,
Per ristorar gli afflitti spirti lassi:
La Dea, de' fatti eccelsi apportatrice,
Tosto dinanzi al gran Senato Sacro
Appresenta l'inuitto TRANSILVANO.
Rè il grida di commune assenso, e dice:
Di pietà in lui vedrete il simulacro,
E di giustitia, e di valor sourano.





Del medesimo.





'HEDERA cinto il crine all'hor, che'l Sole
Trahe il carro dal mar Indico fuori
All'ombra d'un gran faggio in grembo à Clori
Lieto Mopso dicea queste parole:
Di gigli, d'amaranti, e di viole,
Di vaghi mirti, e di pregiati allori
Questa ghirlanda i tuoi fidi pastori
Ti sacran delle selue, o sommo SOLE.
Cosi dicendo, humil presse il terreno
Chino co'l destro piede, e'l caro dono
Ad vna antiqua, & alta quercia appese.
Poi lasciò questo sculto in chiaro suono,
Degno TROFEO dell'honorate IMPRESE
Del TRANSILVAN d'ogni VALOR ripieno.



Del medesimo.



A l'eterna cagion d'ogni cagione
Scese l'alma di uoi lucente, e pura;
Cui Gioue aggiunse con diuina cura
Soura humano saper, dritta ragione.
E, mentre che indiuiduo tal dispone
Con ordine perfetto la Natura,
Par che'l Cielo, à Voi largo oltra misura,
E virtute, e valor pare vi done:
Onde le Stelle, e i Fati à tutta proua
Destinandoui à Scettro, & à Corona,
Voglion, ch'ogni lor gratia in voi sol pioua:
Con l'oprar, che ad honor sempre vi sprona
Fate poi, che SARMATIA al fin lo proua
Soggetta à la Real vostra persona.

Del medesimo.



VAL' hor à noue, & honorate imprese
Il gran BATTORI inuitto inuita, e chiama
Il Ciel mai sempre à lui largo, e cortese,
Et soura ogn'altro il fauorisce, & ama:
Và l'alta sua Real illustre fama
Battendo l'ali per ciascun paese;
Tal che ogni buon scrittor di farlo brama,
Com'a i presenti, a i posteri palese.
Rè magnanimo, e giusto, e Rè pietoso
Per sua propria virtute manifesta
In pace questo, in guerra coraggioso:
Suona l'acqua, e la terra, e l'aria presta;
E come à terren nume glorioso
Ad inchinarlo ogni mortal si desta.

Di Erasmo Valuasone.

RE, *chiaro lume al nostro secol nato,*
Cui regal senno seo di scettro degno,
Et Heroico valor diede hauer Regno,
Et régger scettro à Regi alti negato:
Così guidi dal Ciel benigno Fato
I graui tuoi pensier tutti ad vn segno,
Come il Mondo non hà di Virtù pegno,
Che più pregi, ò più merti esser lodato.
Per te nel freddo clima in dura parte
Sorge la pianta, ond' han nobil Corona
I seguaci d' Apollo, e quei di Marte:
Onde SARMATIA *tua verdeggia, e suona*
Doue il Sol à Noi riede, e da Noi parte,
Cantando il nome Tuo tutto Helicona.

Di Cesare Pauese.

VERO *di* CHRISTO, *& gran Campione, eletto*
De' Moschi, & Scithi à raffrenar l' orgoglio;
Il cui robusto braccio, & franco petto
Al gregge lor sia sempre & muro, & scoglio:
Quel, che fù à molti in fin adhor disdetto,
Ond' ogni huom pio si duol, com' io mi doglio;
Che per te ancor in Palestina eretto
Sia il vessillo Christian sperar pur voglio.
Sì haurai tu poi non pur metalli, & marmi,
Che maggior cose in don quà giù non s' hanno,
Et chiara historia, & gloriosi carmi:
Ma sù del Ciel nel più sublime scanno
Corona eterna, & delle pietose armi
Mercè ben degna, & del tuo lungo affanno.



Di Bonauentura Mareſio.



VAVELO COLLE, OVE RESIEDE IL RE IN CRACOVIA.



OLEA già di me ſteſſo ir vago, e altero,
Poco pregiando ogn' altro colle, e monte,
Sol perche cinta d'oro era la fronte,
E credea vera gloria eſſer l'Impero:
Hor che nouo ſplendor mi ſcopre il vero,
Veggo, che non virtù lucide, e conte;
Ma fumi, e ſogni vani d'Acheronte
Ingombrauano à l'hora il mio penſiero.
Ma ben poſſo à ragion alzarmi hor, poi
Che ſplende il nome mio ſenz'ombra, ò velo
Da l'onde Occidentali a i liti Eoi.
Coſi cantaua il gran BATTOR Vauelo,
Noua gloria, & ſplendor de' figli ſuoi,
E facea riſonar la terra, e'l cielo.




Di Fiorauante Foro. Risposta al Colle sudetto.

GIA' ceda à te pregiato Colle altero
Il superbo Apennino, e ogn'altro monte;
Poi che su l'ampia tua dorata fronte
Tieni del gran BATTOR *l'arme, e l'Impero:*
In te siede di Marte il figlio vero,
Le cui glorie à la terra, al cielo conte,
Anzi fin à le piagge d'Acheronte,
Fosco ingegno non cape, e human pensiero:
Tre volte, e quattro à pien felice, poi
Ch'alberga'n te sublime alto Vaselo
Il fior d'antichi, e de' nouelli Heroi:
Gratie infinite dunque rendi al cielo,
Che per farti dal Mauro a i liti Eoi
Chiaro, ti diede vn Dio sotto human velo.

Di Gio. Mario Verdizotti.

Orna, o Febo, de i pregi il tuo bel canto
Del nouo essempio de gli antichi Heroi;
Che nel più fresco honor de gli anni suoi
A' Marte inuola ogni più chiaro vanto:
Di lume il Ciel non è lucido tanto,
Quant'ei d'honor: nè mai fu prima, e poi
Non fia alcun da questi a i liti Eoi
Ripieno di pensier più giusto, e santo.
Ei la SARMATIA, *ou' hà il nouello Regno,*
Alza col suo valor soura le Stelle,
E rende il nome suo d'ogni honor degno.
Dunque à cantar di lui l'alme sorelle
Desta, & di Pindo ogni lodato ingegno,
Che per lui fian tue glorie illustri, e belle.

Di Moderata Fonte.



PARGE quando rimena Apollo il giorno
Tutti pe'l mondo i suoi celesti rai,
Nè per spanderli ogn'hor ne perde vn mai,
E fa pur co' medesmi à noi ritorno.
E tu l'alme tue glorie, onde sì adorno,
O Re supremo, e sì mirabil vai,
Spargi tra rime di leggiadri, e gai
Scrittor, senza spogliarle à te d'intorno.
Già sossopra ne và tutto Helicona;
Già ti si sacra ogni pregiato ingegno,
Come ogni fiume al Mar tributo dona.
Onde, se in bassi versi anch'io dissegno
Spiegar li honor de l'alta tua Corona,
(Non li scemando à te) non ti sia sdegno.

Di Cesare Simonetti.



'IMMORTALI Amaranti vnà Corona
Tessete o Muse, onde s'honori, e pregi
Il gran Re di Sarmatia, honor de i Regi;
Cui Marte inuitto, ardire inuitto dona:
L'alme sacre al santissimo Helicona
Cantino i suoi più gloriosi fregi;
Che de l'heroiche imprese, e fatti egregi
V' nasce, ù more il Sol, la fama suona.
Quella sia, come deue eternamente
Pregio immortal d'alta virtute, in segno
Del Re pregiato, alla vittrice chioma.
Dite: non pur di tanto honor ardente
Il generoso Re STEFANO è degno,
Ma del mondo anco à sostener la soma.

Del medesimo.

DEH canta meco o Musa in alto stile
L'inuitto Re, che di Sarmatia al Regno
Per suo proprio valor, per proprio ingegno
Salì, di cui non hebbe altro simile.
Come abborrendo il vitio indegno, e vile,
D'honorate virtuti arriua al segno;
E come Heroe d'ogni alta gloria degno
Ode il suo nome gir da Battro à Thile.
Chi potria à pien l'amata schiera bella
De le sue doti gloriose, e rare
Cantar? che d'oro fà l'età nouella.
Qual à l'uscir de l'alme luci chiare
Del Sol, tosto sparisce ogn'altra Stella;
Tal al suo lume, il lume altrui dispare.

Del medesimo.

VEGGENDO alteramente
Il Dio, che'l quinto ciel regge, e commoue,
Far il Re di SARMATIA inclite proue
Ne la guerra più ardente,
Ch'auanti al suo Valor inuitto, e solo
Fuggia del Moscho audace vn'ampio stuolo;
Disse, spinto da doglia acerba, e dura:
Questi il mio honore, e la mia gloria oscura.



Sacro Signor, se già poteo la lira
D' Anfion destar le pietre, e ornar le mura
De la famosa Tebe, oue in figura
Crudel s' estinse de i fratelli l' ira:
Hora il Vostro valor lusinga, e tira
Gli Scrittor più pregiati à ragion pura
Per trarli fuor di nera tomba oscura
A' cantar Voi, che'l mondo, e'l cielo ammira.
Questi negletti miei ruuidi carmi
Non ponno dar, nè mille lingue insieme,
I meritati à Voi eccelsi honori:
Pur questo voto almen s' appenda fuori
Del Tempio, se non merta dentro a i marmi,
Mercè di Voi, del mondo unica speme.

Di Gio. Battista Mantega.

L' armi vostre real sourano Duce,
Anzi gran Rè delle POLONE genti,
Mandan splendor, che co' bei lampi ardenti
Bello via più che mai chiaro riluce.
Là 've sorge l' Aurora, e'l giorno adduce
Stan mille Arpie co i morsi lor pungenti
Per diuorarci, ò almen farne dolenti,
Ma'l nostro ben in Voi sol si riduce.
Vide il vostro Valor GIOVANNI AVGVSTO,
Che'n cento aspre battaglie perigliose
Hebbe Voi suo compagno, e difensore:
Et hor s' attendon sì mirande cose
De l' intrepido Vostro audace core,
Ch' a i Vostri honor fia'l mondo un vaso angusto.

D'oltra

D'oltra le care, & patrie selue, doue
Regnaua primo à la Corona, à l'ostro
De l'antiche SARMATIE, perche il nostro
Secol ritorni bello, & si rinoue,
Il gran STEFANO venne; e, poi che Gioue
Li diede l'alto scettro, in quel tal chiostro
Aprì l'herbe, e le viole, ch'ogni mostro
Riuerì'l santo Nume, e passò altroue.
Dolce mele ne' tronchi, e pomi d'oro
Nelle cime mostrar le quercie dure;
E scese Astrèa fra noi da l'alto choro.
Et la VISTOLA, spente l'alte cure,
Corse latte, e per lui cinte di alloro
Vide sue Ninfe errar liete, e sicure.

DEL CONTE GIACOMO ZABARELLA.

Da quel giro celeste, onde guardando
Stà Gioue i nostri mali, e con benigni
Influssi ne consola, hor che maligni
Mostri la nostra età van depredando;
Discese vn tal, che quelli posti in bando
Par che dal prisco honor nulla traligni
Serenissimo STEFANO, che i Cigni
A l'immortalità van consacrando:
Questi sol, Questi à guerre, e à paci nato,
Non pur oltr' Aquilon allarga il Regno,
Ma'n quel desta i bei studi, e'l fa beato:
Ma spero, che, com'hora il nome degno
Sona fra Noi, così ch'al primo stato
Tornerà Hesperia, ed ei ne fia'l sostegno.

Le selue, i fiumi, e i caui sassi spesso
(Oue per mio destin meno la vita)
STEFANO odo suonar con si compita
Voce, che l'ode ogn'vn lungi, & d'appresso:
Cresce ogni tronco ou'è'l bel nome impresso;
Pura Colomba à incoronar lo inuita
Di bianca Oliua, ò di Palma gradita,
Quasi ch'iui sia'l merto insieme espresso.
S'allegrano i pastor, scherza ogni gregge
Al dolce suon, nè teme d'altro peggio,
Com'i boschi gli sian sicuro hostello.
Tuona Gioue, & à l'hor l'aria corregge,
Fuggon le nubi, & in vn punto veggio
In vèr SARMATIA il ciel farsi più bello.

DEL MEDESIMO.

Gira il Sol sempre, nè'l suo corso affrena,
E le cose quà giù volue, e riuolue
Secondo che l'humor manca, ò s'auena,
Quest'hoggi nutre, e quel diman risolue.
Ma l'alma, che'n Dio sol si rasserena
Per lui non fia giamai leggiera polue,
Anzi di belle qualità ripiena
Illustra il frale, in che diua s'inuolue.
Quinci Fortuna ha luoco, e non altronde,
(Si come'l cieco volgo errante crede)
CHE l'opre sol fan l'huomo illustre, e indegno.
Quinci à Tarquinio vn tempo atre, e ingioconde
Furon l'hore vital; Quinci hor si vede
Partir con Gioue il gran BATTOR il regno.

DI GIO. BATTISTA MATTIACCIO.

L'alto penſier, che nacque entro'l gran petto
Di quel nume maggior, che con ſi ardente
Zelo d'amor à la perduta gente
Pace portò, co'l mutar forma, e aſpetto;
Mi deſta sì, e sì queſto intelletto,
Baſſo quantunque, à la diuina mente
Erge, & inalza; onde lieto ſouente
Là sù poggia à l'eterno almo ricetto:
E vede ciò, che'l padre ordina, e regge
Per l'eſſer di quà giuſo, e per ſalute
Di Noi mortali nel celeſte Regno;
E contemplando l'alta ſua Virtute
Scorge di ſanta fede il ver ſoſtegno
Quel Re, ch' impone à la SARMATIA legge.

DI MARCO STECCHINI.

Beate le Città, felici à pieno
Son le genti, ſe Regi in guardia l'hanno
Per virtù degni de l'aurato ſcanno,
E colmi di ſauer la lingua, e'l ſeno.
Per queſto Re, d'alta eloquenza pieno,
Lieti i Poloni, e fortunati vanno;
Nè de l'aſpro vicino ordito inganno
Pauentano, al ſuo ardir ponendo'l freno.
Come forte Leon di ſtuolo errante
Far ſuol de' Cerui, ò fiere altre ſeluagge,
Terror portando ouunque erge le piante;
Coſi BATTORI il grande, à gl'altri auante,
Là 've di ſangue hoſtil ſpars' hà le piaggie,
Batte gli oppoſti à lui, fiero'n ſembiante.

Gioue ti porse à l'honorata fronte
L'aureo Diadema; e giù dal ciel sereno
Portò Giunone il Regal manto; e'l seno
Palla ti feo d'alta Prudentia vn fonte:
Con Citherea le Gratie ardite, e pronte
Ti fer di gioia, e di splendor ripieno;
L'armi ti fabricò Vulcan, che à freno
Terràn quei, ch'à te fanno oltraggio, & onte.
Hor vincitor ti rende altero Marte,
Che sanguinoso'l tuo nemico atterra,
E Febo di tua fama empie ogni parte.
Dunque di te più fortunato in Terra
Chi sia, SIGNOR? cui largo'l ciel comparte
Quante gratie'n se accoglie, e'n pace, e'n guerra.

DI ALOIGI CORTE.

Poi che fu asceso in cielo, e fatto Dio
Il fondator del popolo Quirino,
A Roma trasse il gran Numa Sabino,
E'l pose in Regno l'esser giusto, e pio:
E dopo'l fier conflitto acerbo, e rio
L'esser accorto fe, che'l pellegrino
Santippo Africa resse, & il destino
Tardò à Cartago, e se tolse à l'oblio:
E così gran virtù tal volta il regno,
E gl'esserciti altrui ne diede in mano
Con fama eterna, & immortal honore.
Ben dunque con ragione al TRANSILVANO
Di SARMATIA lo scettro diè il valore,
La pietà, la giustitia, e l'alto ingegno.

DEL

De la giust' ira, e del pietoso amore
Molti segni ne mostra il Re del Cielo,
Hor di speme, ò timor, di caldo, ò gelo,
Empiendoci hor di gioia, hor di dolore:
Quindi altri aman la pace, & altri il core
Ardon di rabbia, e d'infiammato Zelo;
Ma chiaro à noi si mostra, e toglie il velo,
Quando ci dà crudele, ò pio Signore.
De l'amor EZechia giusto, e clemente;
Il superbo, & ingusto Roboano
Fù segno espresso del furor diuino.
O felice SARMATIA, o veramente
A Dio gradita, poi che'l TRANSILVANO
Ti regge, di clementia à Dio vicino.

DI FABIO PAGANO.

Quella, ch'al ben, al mal veloce, e pronta
Reca le rie nouelle à strane genti,
Tutt'hora lieta spiega l'ali a i uenti
Per celebrar chi'n fama ogn'hor sormonta.
La sua bontade, e'l suo ualor racconta,
E l'opre eccelse, e i suoi pensier' ardenti
Rendendo tutti à sì gran nome intenti,
Tal, che n'hanno Alessandro, e Cesar onta.
Duolsi ben, se d'altrui gli fatti egregi
Spiegando non fù mai nel suo dir parca,
C'hor non giunga del ver la lingua al segno.
Questo gran Rè, cui diè'l Ciel tanti pregi
Fra i suoi felice regna; e se Monarca
Non è del mondo, almen si mostra degno.

S'auien, ch'a i fatti vostri illustri, & degni,
Inuitto Rè, mia interna luce arriue,
L'ardir, la fama, e la fortuna scriue,
Che fè Alessandro vincitor de' regni.
E se l'alme, al parer de' sacri ingegni
Mutano albergo, eternamente viue,
Tengo, che'n membra sì robuste, e diue
Il figliol di Filippo alberghi, e regni:
Ma c'hor, gramo de' falli, oue lo spinse
Dianzi'l breue furor, sassel o Clito,
Tempra l'affetto, e vede CHRISTO aitarlo.
Onde hor benigno il Laschi, se già estinse
Chi lo cercò essaltar, viuo, e gradito
Vuol, e'l Becchès, che pur tentò abbassarlo.

DEL MEDESIMO.

Spirto gentil, che con purgati inchiostri,
E ben vergate carte, à l'empio oblio
Togliete ogn'vn, che d'ogni bel desio
Arder di dentro chiaramente mostri.
Questi, che vincitor d'horrendi mostri
Fuor della SELVA glorioso vscìo,
Hora SARMATIA regge inuitto, e pio,
Degna materia fia de' versi vostri.
Che se fortuna, e i larghi doni suoi
E'l retto vso di quelli alto desire
Di cantarli v'accese il nobil petto.
Se di Natura i doni, & quei, che Noi
Solo possiam dir nostri, à Voi venire
Del gran BATTOR non può maggior soggetto.

DI

DI LVIGI GROTTO,

IN RISPOSTA.

Voi, che con l'aurea penna, non gli inchiostri
Asciugate, ma il fiume de l'oblio,
Poggiando con lo stil pari al desio,
Cui basta, c'huom degna materia mostri,
Vincete i duo de le due lingue Mostri;
A un pregio Homer, Marone à un'altro uscìo:
L'un canta guerrier forte, e l'altro huom piò:
Ambo abbracciate voi ne' versi vostri.
Cantate il buon Re STEFANO *co' suoi*
Gesti, (fiamme in ciascun d'alto desire)
Che nudo di poter riman nel petto.
I pastor nostri canteremo Noi
Con lo stil, che non sà, nè può venire
Incontro al gran da Voi dato soggetto.

Fin doue al gran Teomatico la Sona
Bagna con molle argento la radice,
Fama immortal, risuona
Del fatal Rè de' SARMATI felice:
Che di valor, più che di ferro armato,
Scettro debito à LVI s'ha racquistato,
Et l'armi ardito strinse,
Il Mosco vide, & vinse
All'hor, che'l cor accese
Solo desio d'honor, d'heroiche imprese;
Di questo inuitto, & glorioso DVCE,
Cui fortuna, e virtù son guida, e duce.

DI VETTOR BELLATO.

Quai più pregiati allori
Sacreranno, ò quai voti
Al suo gran Rè gli SARMATI diuoti
Con ch'egli glorioso il crin s'honori.
Nouo Hercole fra Noi
Hidre, Serpi, Leoni uccide, e atterra;
E, qual folgor di guerra
Fuga il nemico, e salui rende i suoi
Questo gran figlio di Bellona, e Marte;
Di cui li gesti egregi
Saranno essempi à Imperatori, & Regi.

DI ANTONIO CESANA.

Inuitto Rè, che ne la età presente
Mostrate ogn' hor merauigliose proue,
Sete l' imagò de l' eterno Gioue,
Che desta al ben la vostra saggia mente.
La felice da Voi ben retta gente,
Per quell' alto valor, non visto altroue,
Ch' ogni graue timor da lei rimoue,
Vi brama vita, & è in amarui ardente.
De la Immortalitate al sacro Tempio
Gionto vi veggo, & quel BATTORI certo,
Che batte il uitio, & la virtù mantiene.
Onde'n terra di Voi più raro essempio
Non viue; e, se si mira il vostro merto,
Di Tremegisto il nome à Voi conuiene.

DI FRANCESCO LIPPO.

Alto Rè, che con giusta inuitta mano
La sorte de' Nemici, à voi rubelli,
Trahete, hora vincendo questi, hor quelli,
Che le lor forze già spiegaro in vano.
A' l'opre vostre, à l'ardir soura humano
VISTVLA serba i più graditi, e belli
Trofei, perche con Voi si rinouelli
L' antica gloria, e lo splendor sourano.
Onde per farui eterno, & immortale
Ne i tempij adorni d'honorate spoglie
Hor consacra di Voi degna memoria,
Non pur SARMATIA, che i gran fregi accoglie
Del valor Vostro, à nessun'altro eguale,
Ma lieta ITALIA per sì gran vittoria.

Quella Virtù, che l'honorata chioma
Signor vi cinse di Real Corona,
E riuerir vi fa da la POLONA
Gente, come fu AVGVSTO *amato in Roma.*
Fà, ch'oue piega il fiero Borea, e doma
De l'alta Hercinia e cerri, e quercie, hor pona
